This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.


+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

Ar. 203



UNIVERS[redacted]LIOTHEEK GENT
[redacted]0138
Digitized by Google

Digitized by Google

Pléthon est un des plus grands philo-
sophes Byzantins du 15me siècle
Il était Platonicien. Georges de
Trébizonde, aristotélicien, fut son
plus acharné antagoniste.
Pléthon avait écrit un livre intitulé
=Des Loix= dans lequel il donne
la préferance au Paganisme éclai-
ré de Platon, sur le Catholicisme romain
Il considérait le Paganisme comme
le culte des attributs de Dieu.
Ce livre fut supprimé par
Gennade Patriarche de Con-
stantinople.
Il fut précepteur, pour le Grec, du savant
Cardinal Bessarion et l'a-
mi du Pape Sixte IV.
Côme de Médicis Grand Duc de
Toscane le protégea, ainsi le
Platonicisme fut mis en
vogue à la Cour de Florence.
Il a traduit la Géographie de
Ptolémée.

1873.
V.a.

Digitized by Google

PLETHONIS LIBELLUS DE FATO.

EJUSDEMQUE ET BESSARIONIS CARDINALIS EPISTOLÆ AMOEBÆÆ de eodem argumento.

Una cum

MATTHÆI CAMARIOTÆ ORATIONIBUS II. IN PLETHONEM DE FATO.

Et præmiſſa iiſdem V. Cel. JO. ALBERTI FABRICII Præfatione de Camariota & Scriptis Camariotæ.

Ex Bodlejana & Lugduno-Batava Bibliothecis nunc primum edidit & Latine reddidit

HERMANNUS SAMUEL REIMARUS, Hamburgenſis.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud CONRADUM WISHOFF, 1722.

Digitized by Google

Digitized by Google

ERUDITO LECTORI.

Ita tulerunt meæ rationes, ut Plethonis de Fato libellum Tibi non niſi poſteriori loco dare potuerim, quem vel priori, vel junctim cum Camariota dare debuiſſem. Pauca quidem, ut vides, hic ſunt nova, hoc eſt, quæ non jam fuerint adducta ab adverſario, ſicut eram in Præfatione ad Camariotam ſuſpicatus, ſed & hæc credidi una ſerie lectum iri lubentius, & Epiſtolas imprimis, quas addidi, non prorſus injucundas futuras, cum præter cetera, quid tota fere ſchola Platonica de hoc argumento ſenſerit, breviſſimis aperiant. Vale. Dabam Lugduni Batavorum. XVI. Id. Nov. A°. CIϽ IϽCCXXI.

Digitized by Google

ΠΛΗΘΩΝΟΣ

ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΙΟΝ

ΠΕΡΙ ΕΙΜΑΡΜΕΝΗΣ.

Πότερον δὲ ὥρισταί τε καὶ εἵμαρται ἅπαντα τὰ μέλλοντα, ἢ ἔστιν ἃ οὐ διώρισται αὐτῶν, ἀλλ' ἀορίστως τε δὴ καὶ ἀτάκτως χωρεῖ, καὶ οὕτως ὅπως ἂν τύχοι; δηλαδὴ ὅτι ὥρισται ἅπαντα. εἰ γὰρ ὁτιοῦν οὐχ ὡρισμένως γίγνοιτο τῶν γιγνομένων, ἤτοι ἄνευ αἰτίας γεγονὸς ἔσται, καί τι ἔσται τῶν γινομένων, ὃ γένεσιν ἄνευ αἰτίας ἐσχηκός· ἢ οὐχ ὡρισμένως αὐτὸ, οὐδὲ σὺν ἀνάγκῃ τὸ αἴτιον ἀπεργάσεται, καί τι ἔσται τῶν αἰτίων, ὃ σὺν ἀνάγκῃ, οὐδ' ὡρισμένως δεδρακός τι ὢν ἂν δρῴη· οἷν οὐδέτερα δυνατά. Πολὺ δ' ἔτι μᾶλλον ἀδύνατον, εἰ τοὺς θεούς τις λέγοι μεταβάλλεσθαι περὶ τὰ σφίσιν ὑπὲρ τῶν μελλόντων ἐγνωσμένα, καὶ ἕτερ' ἄττα παρ' ἃ ἐμέλλησαν ἀποτελεῖν· εἴτε ὑπ' ἀνθρώπων λιταῖς, ἤ τισι δώροις παραπειθομένους· εἴτε δὴ καὶ ἄλλως γέπως αὐτὸ πάσχοντας. Κινδυνεύουσι γὰρ οἱ τὴν περὶ τῶν ἐσομένων ἀνάγκην τε καὶ εἱμαρμένην ἀναιροῦντες, ἢ καὶ τὸ τῆς προνοίας ὅλως τῶν τῇδε ἐκβάλλειν τοὺς θεοὺς, ἢ καὶ τὴν τῶν χειρόνων αὐτοῖς αἰτίαν, ἀντὶ τῆς ἐκ τῶν δυνατῶν βελτίστων προσάπτειν. ἀμήχανον δὲ, μὴ οὐ θάτερα ἀεὶ, ἤτοι τὰ πρότερον ἢ ὕστερον αὐτοῖς ἐγνωσμένα, χείρω τῶν ἑτέρων εἶναι. ὥστε τοῖν δυοῖν ἂν τούτοιν ἀσεβημάτοιν θατέρῳ πάντως τοὺς τὴν εἱμαρμένην ἀναιροῦντας περιπίπτειν. ἀλλὰ τούτοιν τε ἑκάτερα πολλαχοῦ ἀδύνατα, καὶ τὰ μέλλοντα ἅπαντα εἵμαρταί τε ἐξ αἰῶνος καὶ τέτακται ὡς δυνατὸν αὐτοῖς, ὑφ' ἑνὶ τῷ πάντων βασιλεῖ Διὶ ταττόμενά τε καὶ ὁριζόμενα. ὃς εἰ καὶ μὴ ὥρισται μόνος τῶν πάντων, οὐκέτ' ὄντος

ἐξ

PLETHONIS

LIBELLUS DE FATO.

NUm definita ſunt, ac conſtituta fato, quæ futura ſunt omnia: aut ſuntne etiam nonnulla eorum, quæ definita non ſunt, ſed indefinite ac inordinate, & ut fors tulerit, eveniunt? ſane definita ſunt omnia. Nam ſi quicquam eorum quæ fiunt, non definite fieret, ſequeretur: vel idem abſque cauſa naſci, adeoque aliquid eorum quæ fiunt habere ortum, ſed cauſa carere: vel cauſam ipſam abſque determinatione neque neceſſario operari, & eſſe adeo quandam cauſarum, quæ non neceſſario neque determinate quid eorum quæ fecerit faciat, quorum neutrum fieri poteſt. Multo autem minus fieri poteſt, ut quis Deos mutare dicat conſilia in iis, quæ ſemel de futuris decreverunt, aut quædam præter ea quæ erant in animo, perficere; ſeu precibus hominum, ſeu donis illectos, ſeu alia quavis ratione inductos. Nam qui neceſſitatem futurorum fatumque tollunt, non temere evitabunt, quin vel de providentia rerum humanarum dejiciant Deos, vel pejora potius omnia, quam eorum quæ fieri poſſunt optima, ipſis aſſignent: Quoniam fieri aliter non poteſt; quin alterutrum ſemper, vel quod primo vel quod poſtremo decreverant, altero ſit deterius. Ut proinde in alterum horum flagitiorum, ii qui fatum tollunt, neceſſario incidant. Sed utrumque horum multis modis eſt impoſſibile, & futura omnia ex æternitate conſtituta ſunt & ordinata, ut fieri per hæc ipſa potuit, ab uno omnium Rege Jove ordinata ac definita. Qui quanquam ſolus inter omnia definitus non eſt, cum nondum fuerit

Digitized by Google

οὗ καὶ τούτου ἂν ὁριοῦντος· (ὑπὸ γὰρ τῶν ἑαυτῶν αἰτίων ἅπαντ' ἂν ὁρίζεσθαι τὰ ὁριζόμενα.) ὅμως κρείττων ἂν ἢ ὥστε ὁρίζεσθαι, μένει τε ἀεὶ καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ὡσαύτως, καὶ τὴν μεγίστην πασῶν ἀνάγκην καὶ κρατίστην, αὐτὴν δι' αὐτὴν οὖσαν ἀνάγκην, οὐ δι' ἕτερον, αὐτὸς ἐστιν ὁ κεκτημένος. ὡς τήν τε ἀνάγκην τὴν οὐκ ἀνάγκης ἀμείνω οὖσαν, καὶ αὐτῷ τὴν μεγίστην ἀναγκῶν, ἄκρως ἀγαθῷ ὄντι μᾶλλόν τι προσήκουσαν. Καὶ τοῖσγέ ποτε προσεχῶς προϊοῦσιν ἀπ' αὐτοῦ, ταὐτὸ τοῦτο δευτέρως μεθ' ἑαυτὸν παρέχεται· οἰκεῖα γὰρ ἂν ἑαυτῷ τὰ ἀπ' αὐτοῦ παράγοι· καὶ ταῦτά τε ἅμα καὶ τἆλλα δι' αὐτὸν πάντα ὁρίζει· καὶ οὐδὲν οὔθ' οὕτω παμμέγεθες, οὔτ' αὖ πάνυ σμικρὸν οὕτως, ὥστ' ἂν αὐτὸν μὲν οἷόν τε εἶναι, τῷ ἀφ' ἑαυτοῦ ὅρῳ ἐφικέσθαι. οὐδενὸς γὰρ, ὅτου οὐκ αὐτὸν εἶναι τὸ αἰτιώτατον. ἔτι δὲ εἰ μὴ ὥριστο τὰ μέλλοντα, οὐδὲ ἂν προεγινώσκετο, οὐ μόνον γε οὐχ ὑπ' ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐδὲ ὑπὸ τῶν θεῶν αὖ οὐδενός. οὐ γὰρ οἷόν τε ὅλως γνῶσιν ὑπάρξαι οὗ πάντη ἀορίστου. οὐ γὰρ οὐδ' ὁπότερον ἀληθὲς, εἴη αὖ ὁρίσαι περὶ αὐτοῦ, οὔθ' ὡς ἔσοιτο, οὔτ' αὖ ὡς οὐκ ἔσοιτο. τονῦν δ' οἱ θεοὶ ἴσασι δήπου τὰ ἐσόμενα, οἵπερ καὶ ὁρίζουσί τε αὐτὰ, καὶ ἐν σφίσιν αὐτοῖς ἔχουσι, παρόντα ἀεὶ τῇ αἰτίᾳ, κἂν μήπω τήνγε αὐτῶν γένεσιν ἀπειληφότα. ἢ, ἴσασί τε οὐκ ἄλλως, ἢ τῷ διατιθέναι τε καὶ αἴτιοι εἶναι αὐτῶν. οὐ γὰρ αὖ τῷ διατίθεσθαί πη ὑπὸ τῶν τῆδε, γινώσκοιεν αὐτά. οὐ γὰρ θέμις, οὐδ' οἷόν τε, θεοὺς ὑπὸ χειρόνων καὶ μὴ ὄντων γέ πω διατίθεσθαι. ἐπεὶ κινδυνεύουσιν ἔτι οἱ θεοὺς μὲν εἶναι νομίζοντες, τήν τε περὶ τὰ τῆδε αὐτῶν πρόνοιάν τε καὶ εἱμαρμένην ἀναιροῦντες, καὶ τὴν περὶ τὰ τῆδε αὐτῶν γνῶσιν ἀναιρεῖν· οὔτ' αὖ τῷ διατίθεσθαι κρείττους ὑπὸ χειρόνων γινωσκόντων, οὔτ' ἂν τῷ διατιθέναι, ἅπερ μηδὲ αἴτιοι εἰσὶν αὐτῶν· (ἀνάγκη γὰρ πᾶν τὸ γινῶσκον ἢ αἰτίᾳ καὶ τῷ διατιθέναι, ἢ μεθέξει, καὶ τῷ διατίθεσθαι γινώσκειν.)

ἀλ-

aliquid, quod definire illum quiverit; (nam a ſuis quæque cauſis definiri neceſſe eſt.) tamen potior licet quam qui definiri potuerit, & manet ſemper idem eodemque in ſtatu, & maximam omnium fortiſſimamque neceſſitatem, quæ ipſa per ſe neceſſitas eſt, non per alium, ſuſtinet. Quod argumento eſſe debeat, & neceſſitatem præſtare fortuitis, & Jovi, quod ſumme bonus ſit, maximam neceſſitatem quam maxime convenire. Enimvero iis, quæ immediate ab ipſo producuntur, hanc ipſam affectionem ſecundo poſt ſe loco impertit. Nam quæ generat neceſſe eſt cognata ſibi producat. Hæc vero alia ſimul omnia per ipſum definiunt, nihilque eſt vel magnum adeo, vel parvum, quorſum ipſe præſcriptis a ſe legibus non pertingat. Nullius enim eſſe poteſt quod ipſum non agnoſcit pro cauſa præcipua. Porro niſi definita eſſent futura, ne præſciri quidem poſſent, non ſolum ab hominibus, ſed ne quidem a quoquam Deorum. Fieri enim omnino non poteſt ut quicquam ſciatur, quod prorſus non ſit definitum. Nam neque definiri poſſet quodnam verum ſit, neque utrum futurum ſit an minus. Jam autem norunt Dii futura; quoniam & decreverunt illa, & eadem, dum cauſa illorum ſunt, habent ſibi ſemper ante oculos præſentia, licet ortum nondum nacta ſint. Certe aliter non norunt res, niſi dum diſponunt illas, & cauſæ illarum ſunt. Nec enim temere ita ſciverint res humanas, ut ab iis diſponantur: ſi quidem nefas eſt, ac ne fieri quidem poteſt, ut Dii a rebus inferioris conditionis ac quæ non ſunt, diſponantur. Quare vix evitabunt qui Deos quidem eſſe putant, ſed illorum circa res humanas providentiam ac decretum tollunt, quin illorum ſimul cognitionem de rebus humanis tollant. Quoniam neque cognoſcunt ita, ut qui nobiliores ſunt, diſponantur a rebus ignobilioribus, neque ita ut diſponant eas, qui ne quidem cauſæ illarum ſecundum ipſos ſunt. (Debet enim omne quod cognoſcit vel per modum cauſalem, atque diſponendo, vel per participationem & ut diſponatur cognoſcere.)

Et

ἄλλως δ' οὐκ ἂν γνώσεως συμβαινούσης μή τινος ἂν καὶ ἐπιγνώσκοντος πρὸς γνωστὸν κοινωνίας γιγνομένης. εἴτε καὶ αἴτιοι μὲν εἶεν τῶν τῇδε οἱ Θεοὶ, μὴ ἀνάγκῃ δὲ μηδ' ὡρισμένως εἶεν αἴτιοι, ὧν ἂν αἴτιοι γίγνοιντο· οὐδ' οὕτως ἂν εἰδεῖεν ἅττα ποτὲ δράσουσι, μὴ οὐκ ἀναγκαίως τε ἐξ αἰῶνος πρὸς αὐτὰ καὶ ἀπαρατρέπτως ἔχοντες· ἀλλ' εἴτε Θεοὶ ἴσασι τὰ ἐσόμενα, καὶ ἀνθρώπων οἷσπερ ἂν ἐθέλοιεν, καὶ καθόσον, προσημαίνουσι. Καί τισι καὶ προμεμαθηκόσι τῶν ἐσομένων, ἔστιν ἃ καὶ πειρωμένοις διαφυγεῖν, οὐδὲν ἧττον ἄφυκτά τε αὐτοῖς ἐγένετο καὶ ἀναπέδρασε τὰ πεπρωμένα. τοῖς δὲ καὶ αὐτῷ τούτῳ τῷ προμεμαθηκέναι τε καὶ πειρᾶσθαι διαφυγεῖν, τοῖς πεπρωμένοις περιπεσεῖν συνέβη· οὕτω που καὶ τοῦτο εἱμαρμένον αὐταῖς. οὔκουν ἂν εἶναι ἀνάλυσιν, οὐδὲ παρατροπήν τινα τοῖς ἅπαξ ὑπὸ Διός τε ἐγνωσμένοις ἐξ αἰῶνος, καὶ εἱμαρμένῃ δεδομένοις.

Ἀλλ' εἰ πάντα ὥρισται, φαίη ἄν τις, καὶ οὐδὲν ὅ, τι μὴ ἀνάγκης μετείληφε τῶν ὄντων τε καὶ γιγνομένων, ἔκ τε τῶν ἀνθρώπων οἴχοιτ' ἂν ἡ ἐλευθερία, καὶ ἡ δίκη ἐκ τῶν Θεῶν· τῶν μὲν ἀνθρώπων ἀνάγκῃ ἅττ' ἂν πράττοιεν πραττόντων, καὶ οὐκέτι οὔτ' ἂν κυρίων ἑαυτῶν ὄντων, οὔτ' ἂν ἐλευθέρων· τῶν δὲ Θεῶν ἤτοι τοπαράπαν ἀφεστώτων ἂν τοῦ κολάζειν τοὺς κακοὺς, ἢ οὐκ ἂν ἐν δίκῃ κολαζόντων, εἴγε δὴ ἀνάγκῃ οἱ κακοὶ κακοί. Ἀλλὰ τοὺς μὲν ἀνθρώπους κυρίους ἂν ἑαυτῶν εἶναι οὐ τῷ μὴ ὑπ' οὐδενὸς ἂν τοπαράπαν ἄρχεσθαι, μήτε τοῦ ἄλλου, μήτ' ἂν αὐτῶν τῶν Θεῶν· ἀλλὰ τῷ ἔχειν μέν τι ἐν ἑαυτοῖς ἄρχον, τὸ φρονοῦν, τὸ δὲ πολὺ ἀρχόμενον, καὶ τοῦ πολλοῦ τούτου ἕν, τὸ φρονοῦν τε καὶ φύσει βέλτιστον τῶν ἡμετέρων, κύριον ἂν εἶναι. αὐτὸ δὲ δὴ τὸ φρονοῦν ὡς οὐκέτ' ἂν ἄρχοιτο ὑπ' οὐδενὸς, οὐκ ἂν εἴη εἰπεῖν, ὃ πρῶτον μὲν τοῖς ἔξω πράγμασι φαίνοιτ' ἂν ἑπόμενον. ἔπειτα, εἰ καὶ μὴ ὡσαύτως ἅπασιν ἀνθρώποις, τὸ

φρο-

quoniam aliter tamen nulla poteſt eſſe cognitio niſi quædam inter cognoſcentem & rem cognitam ſit communio. Quin ſi Dii eſſent omnino cauſæ rerum quæ hic geruntur, neque tamen ex neceſſitate aut definite efficerent, quæcunque effecerint, ne ſic quidem ſcirent quæ ſint aliquando facturi, cum non neceſſario ex æternitate fuerint ac determinate ad eadem impulſi. Sed & norunt Dii futura, & hominibus, quibuſcunque & in quantum voluerint, præſignificant. Imo fuerunt, qui edocti licet de futuris rebus, eorum quæ fato erant conſtituta, ne illa quidem effugere atque amoliri potuerunt, quæ ut effugerent operam dabant. Alii vel ea de cauſa in ſuum incidere fatum, quod id prædidiciſſent, & effugere conati eſſent, ut & hoc illis fatum fuiſſe neceſſe ſit. Nulla proinde liberatio eſt aut declinatio eorum, quæ ſemel a Jove decreta ſunt, & fato tradita.

Sed dixerit quis: ſi omnia definita eſſent, nihilque expers eſſet neceſſitatis eorum, quæ ſunt aut fiunt, ſequeretur, & ex humano genere libertatem exſulare, & juſtitiam ex Diis: Cum homines quidem ex neceſſitate facturi eſſent, quæcunque fecerint, neque vel ſui amplius arbitrii futuri vel liberi: Dii vero vel vacaturi omnino a ſuppliciis improborum, vel immerito punituri, ſiquidem mali ſint ex neceſſitate mali. Verum homines ſunt ſui arbitrii, non quod nullius imperio pareant, vel alius, vel ipſorum Deorum; ſed quod habeant intra ſe quendam principatum, ſcilicet mentem, pleraque vero quæ pareant. Et multorum quidem horum, una quæ optimum eſt natura in nobis Domina mens eſt. Ipſa vero mens, quod porro pareat nemini, dici non poteſt: quippe quam primo quidem res externas ſequi ſatis eſt manifeſtum. Deinde licet non in omnibus ab

φρονοῦν τοῦτο, ὑπὸ τῶν αὐτῶν πραγμάτων φαίνεται διατιθέμενον, οὐκ ἂν ὀρθῶς τις οἰηθείη, μηδ᾽ ἐξ ἀνάγκης ἂν ἕπεσθαι αὐτὸ τοῖς πράγμασι. δῆλον γάρ ἐστι τοῦτο συμβαῖνον παρά τε τὴν ἰδίαν αὐτοῦ τοῦ φρονοῦντος ἑκάστοτε φύσιν, παρά τε τὴν ἄσκησιν. ταὐτὸ γὰρ ὅ, τι οὖν, πλείοσι μὲν, διαφέρουσι δέ πη ἀλλήλων, προσπίπτον, ὥς τι δράσον, διαφέροντά πη καὶ τὰ παθήματα ἐξ ἀνάγκης ἀπεργάσεται. διαφέρειν γὰρ ἂν τὸ φρονοῦν τοῦτο ἑκάστοις, καὶ τὴν φύσιν καὶ τὴν ἄσκησιν. καὶ τῆς μὲν φύσεως τοὺς θεοὺς ἂν κυρίους εἶναι· τῆς δ᾽ ἀσκήσεως τὴν τοῦ ἀσκητέως ἂν εἶναι δόξαν, προτέραν τῶν ἐγγινομένην, ἣν ἂν ἀμήχανον ἂν εἶναι ἐγγενέσθαι ὁτῳοῦν, μὴ οὐ θεοῦ παρασχόντος. Κυρίους μὲν οὖν ἂν ἑαυτῶν τοὺς ἀνθρώπους εἶναι, καθ᾽ ὅσον που ἄρχουσιν αὐτῶν, κἂν ἀρχόμενοι ἄρχωσιν· ἐλευθέρους δὲ εἶναί τε πως, καὶ μὴ εἶναι. εἰ μὲν γὰρ ἐλευθερίαν τις τὴν οὐκ ἀνάγκην καλεῖ, οὐκ ἂν ὀρθῶς φαίνοιτο καλῶν. ἀναγκάζοιτο γὰρ ἂν δουλείαν τὴν ἀνάγκην καλεῖν. τῇ δὲ δουλείᾳ καὶ δεσποτείαν δήπου εἶναί τινα δεῖ, ᾗ δουλεύσει, δουλεία οὖσα. τῇ οὖν πρεσβυτάτῃ ἀνάγκῃ, καὶ ἣ μόνη αὐτὴ δι᾽ αὑτὴν ἀναγκαίως ἔχει, τὰ δ᾽ ἄλλα ἅπαντα δι᾽ ἐκείνην, ἣν τ᾽ ἀγαθόν τε αὐτὸ καὶ τὸν Δία φαμὲν, τίς ποτε ἔσται δεσποτεία ᾗ οὐ δουλεύσει; οὐ γάρ που ἡ αὐτὴ δεσποτεία ἅμα καὶ δουλεία ἔσται· εἰ δὲ τῷ ἄρχεσθαί τε καὶ μὴ ὁρίζεταί τις τήν τε δουλείαν καὶ ἐλευθερίαν, οὐ μόνον οὐκ ἂν ἀνθρώπων οὐδεὶς εἴη ἐλεύθερος, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἂν θεῶν ἄλλος τις, πλὴν Διός· ἄλλων μὲν ἄλλοις τῷ ἄρχεσθαι δουλευόντων, ἁπάντων δ᾽ ἀπὸ θεῶν ἀρξαμένων, τῷ κοινῷ δεσπότῃ Διΐ. οὐ μέντ᾽ ἂν δεινόν τ᾽ εἴη τοῦτον τὸν τρόπον ἡ δουλεία καθάπαξ, οὐδὲ φευκτόν. εἰ γὰρ τῷ ἀγαθῷ δουλεία οὐ μόνον οὐ δεινὸν, ἀλλὰ καὶ λυσιτελές τε καὶ φίλον, καὶ τῷ αὐτῷ δουλεύοντι. οὐδὲν γὰρ ἂν ἄλλο ἢ ἀγαθὸν ἀπολαύσειέ τις, δουλεύων ἀγαθῷ. εἰ δ᾽ οὐ ταύτῃ τις ὁρίζεται δουλείαν τε καὶ

ἐλευ-

iiſdem rebus eodem affici modo intelligatur, minus tamen recte quis judicet, illam propterea non ex neceſſitate res ſequi. ſiquidem apparet, hoc & a diverſa cujuſque mentis natura & ab exercitatione proficiſci. Nam eadem res quæcunque pluribus quidem, ſed aliqua inter ſe ratione diverſis occurrens, diverſas etiam neceſſario affectiones producet. Differt enim hæc mens in ſingulis & qua naturam & qua exercitationem. Et naturæ quidem Dii ſunt Domini, exercitationis vero illa cujuſque ſe exercentis opinio, quam prius nactus erat, quamque adipiſci nemo poteſt niſi docente Deo. Sui ergo ſunt arbitrii homines in quantum ſibi imperant, licet ſub alius imperio conſtituti imperent. Liberi vero quodammodo & ſunt & non ſunt. Nam ſi eam quis libertatem nominet, quæ non ſit neceſſitas, minus recte ita nominaſſe videbitur. Cogetur enim neceſſitatem vocare ſervitutem. Servituti vero dominatus quidam eſſe debet, cui ut ſervitus ſubſit. Sed quisnam tum erit dominatus, cui non ſervire neceſſe ſit ſummæ illi neceſſitati, quæ ſola per ſe eſt neceſſaria, cum reliqua per ipſam ſint, quamque ipſum bonum & Jovem appellamus: Nec enim eadem temere dominatus ſimul & ſervitus erit? Si quis vero ex eo definiendam judicet ſervitutem aut libertatem, utrum quis imperio ſubſit an minus, non ſolum hominum nemo, ſed ne Deorum quidem quiſquam liber erit, præter Jovem: aliis nimirum aliorum imperio ſubjectis adeoque ſervientibus, omnibus autem, inde uſque a Diis, parentibus communi Domino Jovi. Neque tamen moleſta prorſus foret hoc modo ſervitus aut fugienda. Nam ſi bono ſervitus non ſolum moleſta non eſt, ſed & expedit ac placet, eadem videri debet iis qui ipſi bono ſerviunt. Non enim niſi bonis frui poterit qui bono ſerviat. Quod ſi quis illa ratione non definiat ſervitutem &

ἐλευθερίαν, ἀλλ' ἐκείνην μᾶλλον, τῷ κωλύεσθαι ἢ μὴ κωλύεσθαί τινα τὴν ὡς βούλεται, βούλοιτο δ' ἂν πᾶς τις πράττειν τε εὖ καὶ εὐδαιμονεῖν, ἅπας μὲν ἂν ὁ εὖ πράττων κἂν ἐλεύθερος εἴη, ἄν τε ἀρχόμενος ἄν τε μή, εὖ πράττων τυγχάνῃ. ὡς γὰρ βούλεται ζῴη ἄν. Κακῶς δὲ πράττων οὔτ' ἂν ὡς βούλοιτο ζῴη, οὔτ' ἂν ἐλεύθερος δήπου εἴη, κακῶς δὲ πράττειν ἀνθρώπους οὐκ ἄλλους ἂν ἢ τοὺς κακοὺς γεγονότας. ὥστε οὐδ' ἂν κακὸς ἀνθρώπων οὐδεὶς βούλοιτ' ἂν γενέσθαι, εἴγε δὴ μηδὲ κακῶς ἂν πρᾶξαι· ἀλλ' ἄκοντας κακοὺς τοὺς κακοὺς γίνεσθαι ἐξαμαρτάνοντας· οὐδ' αὖ ἐλεύθερον κακῶν εἶναι οὐδένα, τοὺς δὲ καλούς τε μόνους κἀγαθούς. Τοὺς δὲ θεοὺς κολάζειν ἄν, οὐκ αὐτὸ τοῦτο τὸ τέλος δήπου, τό γε κολάζειν ποιουμένους, οὐδὲ ἐπ' αὐτοῦ καταστρέφοντας, ἀλλὰ τὰ ἁμαρτήματα ἐπανορθοῦντας· ἐπεὶ γὰρ οὐχ οἷόν τ' ἦν, μὴ ἁμαρτάνειν πάντως τὸν ἄνθρωπον, τοιοῦτόν τινα γεγονότα, ἔκ τε θείας καὶ θνητῆς φύσεως σύνθετον. ἀλλ' ἔδει τότε μὲν ἄν, ἐπειδὰν τὸ θεῖον τὸ ἐν αὐτῷ ἐπὶ τὴν τοῦ συγγενοῦς ἀφομοίωσιν ἀγόμενον, εὖ τε πράττειν καὶ μακαρίως ζῆν· τότε δ' αὖ ὑπὸ τοῦ θνητοῦ τοῦ ἐν αὐτῷ κατασπώμενον, ἑτέρως ἂν πράττειν βοήθειάν τινα αὐτῷ. καὶ διὰ τῶν κολάσεων ταύτην ἐπανόρθωσιν τοὺς θεοὺς μεμηχανῆσθαι ὥς ποτε τῷ κολασθῆναί τε καὶ δίκην δεδωκέναι ἀπαλλαγέντι τῆς κακίας, οἷον περ νόσου σώματος, δηκτικοῖς τε καὶ ἀνιαροῖς τισι φαρμάκοις, ἄμεινόν τε πρᾶξαι γένοιτο, καὶ ἐλευθερίας ἀντὶ δουλείας μεταλαβεῖν, ὅτου μὴ ἠπιωτέρα τις ἐπανόρθωσις, διὰ μοχθηροτέραν τινὰ ἕξιν, δύναιτο καθικέσθαι, ὡς οὐδὲν ἂν κωλύειν, καὶ ἄκοντας κακοὺς ὄντας τοὺς κακούς, ὅμως κολάζεσθαι, κακοὶ μὲν οὐδὲν προσπεισομένους, ἀλλ' ὠφελησομένους τῷ κολάζεσθαι. ὡς μὲν οὖν εἰσί τε θεοί, καὶ ὡς προνοοῦσιν ἀνθρώπων, καὶ ὡς οὐ κακῶν αἴτιοι, καὶ ὡς εἱμαρμένην ἀπαράτρεπτον τὸ βέλτιστον ἑκάστοις ἀπονέμουσιν, ὡς γοῦν μετρίως εἰρῆσθαι, ἱκανῶς ἤδη εἰρήσθω.

ΒΗΣ-

libertatem, ſed hac potius, prout quis vel prohibeatur, vel non prohibeatur vivere ut vult, velit autem unuſquiſque felix eſſe & beatus, ſequetur, quemlibet cui bene eſt, liberum eſſe, ſive ſub imperio, ſeu abſque eodem bene agat. Viveret enim ut vellet. Contra vero infelicem neque vivere ut velit, nec proinde liberum eſſe. Sed infelices aliter homines non ſunt, niſi ubi mali fuerint. Ergo neque quiſquam volet malus fieri, ſiquidem nec infelix eſſe, ſed mali inviti delinquent, neque malorum quiſquam liber erit, ſed ſoli boni probique. Dii vero puniunt; non ut pœnas ipſas ſibi conſtituant finem, aut eo convertant animum, ſed ut delicta corrigant. Quandoquidem enim fieri non poterat ut prorſus non peccaret homo, qui ita erat comparatus, atque e divina & caduca naturis compoſitus, ſed debebat quidem aliquando ſecundum id quod erat in ipſo divinum ad cognatæ naturæ imitationem excitatus, bene agere, vivereque beate, interdum vero a natura abreptus mortali, alio quodam ſubſidio juvari: hanc ipſam correctionem Dii pœnarum ope effecerunt, ut homo dum punitur ac pœnas dat, liberatus a vitioſitate, veluti a corporis morbo mordentibus ſolemus ingratiſque medicamentis, poſſit felicius agere & libertatem cum ſervitute commutare, quod mitior correctio propter vitioſiorem habitum aſſequi non potuiſſet. Ut adeo nihil obſit, quo minus mali, utut inviti mali ſint, nihilominus puniantur, ſiquidem non augentur malis, ſed utilitatem capiunt ex ſupplicio. Hac ergo ratione ſunt Dii, hac provident hominibus, hac mali cauſa non ſunt, hac denique fato inevitabili quod optimum eſt cuique tribuunt. Quare ut modice dictum ſit, jam ſatis dictum eſto.

ΒΗΣΣΑΡΙΩΝ ΚΑΡΔΙΝΑΛΗΣ ΤΩ ΣΟΦΩ ΚΑΙ ΔΙΔΑΣΚΑΛΩ ΓΕΩΡΓΙΩ ΤΩ ΓΕΜΙΣΤΩ ΕΥ ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

Πρῶτον ζήτημα περὶ τῶν χωριστῶν νῶν

Κοινῆς πᾶσιν ἐνεσπαρμένης ἐννοίας, καὶ ταύτης ἀληθεστάτης, μηδὲν μηδαμῇ ἀναίτιον εἶναι, πλὴν τοῦ πρώτου καὶ πάντων αἰτίου, οὐκ ὀλίγους τῶν Πλάτωνος ἑταίρων, ὡς Πρόκλον Ἑρμείαν τε καὶ Δαμάσκιον, τήν τε ψυχὴν, τούς τε πρὸ αὐτῆς πάντας, εἴτε νοητοὺς, εἴτε νοητούς τε καὶ νοερούς, εἴτε νοεροὺς θεοὺς αὐθυποστάτους εἶναι τιθεμένους εὑρίσκομεν. εἴποι δ' ἄν τις μηδ' ἂν μηδὲ Πορφυρίῳ, Ἰαμβλίχῳ, Συριανῷ, καὶ τῷ λοιπῷ τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων θιάσῳ, περί γε τοῦ τοιούτου καὶ τοσούτου πράγματος ἄλλως δοκεῖν· τούς γε προειρημένους ὁρῶν συνεχῶς τὰς τούτων ἀναλεγομένους ἐννοίας, καὶ τῶν αὐτῶν ἑπομένους ὡς τὰ πολλὰ δόξαις· ὥσπερ τοίνυν ἐκ μιᾶς γνώμης, ἡ τριὰς τῶν προειρημένων ἀνδρῶν, αὐθυπόστατα εἶναι τὰ τοιαῦτα τῶν ὄντων ἀποφαίνεται· καὶ οὕτως αὐθυπόστατα, ὡς αὐτὰ ἑαυτὰ ὑφεστῶτα, καὶ αὐτὰ ἑαυτῶν αἴτια ὄντα, καὶ ὅλα ἅμα αἰτιατά τε καὶ αἴτια. ἔν τε γὰρ τῇ θεολογικῇ αὐτοῦ στοιχειώσει τὸν Πρόκλον περὶ τῶν αὐθυποστάτων πολλὴν ἂν εὕροις ποιούμενον λόγον· ἔν τε τοῖς εἰς Παρμενίδην αὐτοῦ ὑπομνήμασιν· οὐχ ὥσπερ λέγουσί τινες, ὅτι πᾶν τὸ παραγόμενον ὑπ' ἄλλης αἰτίας παράγεται, καὶ ἡμῖν ῥητέον, φησὶν, ἀλλ' ὥσπερ εἰάθαμεν τὰ αὐτοκίνητα προτάττειν τῶν ἑτεροκινήτων, οὕτω καὶ τὰ αὐθυπόστατα προθετέον τῶν ὑπ' ἄλλου παραγομένων. εἰ γὰρ ἐστὶ τὸ ἑαυτὸ τελειοῦν, ἐστὶ καὶ τὸ ἑαυτὸ γεννῶν. εἰ δὲ ἐστὶ τὸ αὐθυπόστατον, δῆλον

BESSARIO CARDINALIS VIRO DOCTISSIMO PRAECEPTORI SUO GEORGIO GEMISTO S. D.

Quæſtio I. de mentibus ſeparatis.

Quamquam communis eſt omnibus inſita notio, & ea quidem veriſſima, nihil uſquam cauſa carere; præter primam & omnium rerum cauſam; non paucos tamen reperimus ſectatorum Platonis, Proclum videlicet, Hermiam & Damaſcium, qui non animam ſolum, ſed & omnes qui ante eam ſunt, ſive intelligibiles, ſive intelligibiles ſimul & intellectuales, ſeu intellectuales denique Deos per ſe ſubſiſtere ſtatuant. Quin dixerit quis, ne Porphyrio quidem, Jamblicho, Syriano, reliquæve iſtorum virorum cohorti, de tali tantaque re aliter videri, qui Viros ante laudatos ſenſerit horum notiones aſſidue legere, & ipſorum opiniones ut plurimum ſequi. Quare communi quaſi conſenſu laudati triumviri declarant, ejuſmodi entia habere ſubſiſtentiam propriam, & ita quidem habere, ut ipſa eandem ſibi dederint, & ſui ipſius cauſæ ſint, atque adeo tota ſui ſimul & effectus ſint & cauſæ. Nam Proclum videas in Inſtitutionibus Theologicis rerum per ſe exſiſtentium frequentem injicere mentionem. Idemque in Commentariis ſuis in Parmenidem, quod nonnulli, inquit, dicunt, omne quod producitur, ab alia cauſa produci, id quidem nobis non æque eſt dicendum; ſed quemadmodum ea, quæ ſe ipſa movent, ſolemus præponere iis, quæ moventur ab aliis, ita quoque, quae per ſe exſiſtunt, iis erunt, quæ producuntur ab alio, anteponenda. Nam ſi quid eſt, quod ſe ipſum perficit, eſt etiam, quod ſe ipſum generat. Jam ſi quid eſt per ſe exſiſtens, manifeſtum

λον ὅτι τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον καὶ παράγειν ἑαυτὸ, καὶ παράγεσθαι ὑφ' ἑαυτοῦ. λέγομεν γάρ, φησι, τὸ αὐθυπόστατον, ὃ ἂν ἑαυτὸ παράγῃ. τούτοις δὲ ὅμοια κἀν τοῖς εἰς τὴν Πλάτωνος θεολογίαν φιλοσοφεῖ. τοῖς δ' αὐτοῖς λόγοις ἔν τε τοῖς εἰς τὸν Φαῖδρον ὑπομνήμασιν Ἑρμείας, ἔν τε τῇ περὶ ἀρχῶν πραγματείᾳ Δαμάσκιος, τὴν ψυχὴν αὐθυπόστατον συμπεραίνουσιν. οἱ δ' αὐτοὶ τὴν αὐτὴν, τά τε θειότερα ταύτης, ἄνευ τοῦ πρωτίστου ἑνὸς ἢ τἀγαθοῦ, καὶ ὑπὸ τῶν περὶ αὐτῶν πάντων παράγεσθαι δογματίζουσι· τὰ μὲν ἐκ πλειόνων, τὰ δέ γε ἐξ ἐλαττόνων, ὡς ὑφέσεως ἢ ὑπερθέσεως ἕκαστον ἂν εἴχεν· εἴπερ πάντα τελευτῶντα εἰς μίαν αἰτίαν τὴν πρώτην ἀνάγονται, ἀφ' ἧς καὶ παράγονται. τοῦτο δ' ἐκ τῆς θεολογικῆς στοιχειώσεως Πρόκλου ἐστὶν ἰδεῖν, ἔκ τε τῶν εἰς Παρμενίδην αὐτῷ πονηθέντων. ὅπου τὰ εἴδη διακρινόμενα καὶ πληθυνόμενα ἐν ἑαυτοῖς, τὴν τῶν αὐθυποστάτων εἰληχέναι φησὶ δύναμιν· ὑφιστάμενα μὲν ὑπὸ τῶν πρωτουργῶν αἰτίων, παραγόμενα δὲ καὶ ὑφ' ἑαυτῶν. περί γε μὴν ψυχῆς καὶ Ὀλυμπιόδωρος ἐν τοῖς εἰς τὸν Φαίδωνα, διχόθεν φάσκει αὐτὴν ὑποστᾶσαν, ὑφ' ἑαυτῆς, καὶ ὑπὸ τοῦ θεοῦ, διχόθεν καὶ τελειοῦσθαι. καὶ αὖθις ἐν τοῖς αὐτοῖς, Πλατωνικὸν εἶναί φησι δόγμα, τὸ αὐτὸ παράγωγον εἶναι τὴν ψυχήν. ταῦτα δὲ περὶ τῶν γε τοιούτων ἐοίκασι λέγειν, ὡς οὐκ ἂν ἄλλως ἀθάνατα ἐσόμενα, εἰ μὴ τοιαῦτά γε εἶεν, ὑφ' ἑαυτῶν τε παράγοιντο. ὡς γὰρ διὰ τοῦ αὐτοκινήτου, οὕτω καὶ διὰ τοῦ αὐθυποστάτου κατασκευάζουσι τὸ τῶν γε τοιούτων οὐσιῶν ἀθάνατον καὶ ἀνώλεθρον. τοῦτο μὲν οὖν τοιοῦτον καὶ οὕτως ἔχον.

Δεύ-

ſtum eſt quod ejuſmodi ſit, quod ſe ipſum producat, & a ſe ipſo producatur. Id enim, inquit, dico per ſe exſiſtens, quod ſe ipſum producit. Similia his etiam in Commentariis in Theologiam Platonis philoſophatur. Iiſdem vero rationibus Hermias quoque in Commentariis in Phædrum, & Damaſcius in exercitatione de principiis, animam per ſe exſiſtere concludunt. Iidemque hanc ipſam animam, ejuſque diviniora, abſque primi omnium unius vel boni ope, ab iis vero omnibus, quæ ante illam ſunt, produci docent: alia quidem a pluribus, alia a paucioribus, prout quodlibet magis minuſve ad ſuam cauſam accedit. Siquidem omnia poſtremo ad unam cauſam, quæ prima ſit, deduci neceſſe eſt, a qua etiam producantur. Et hoc quidem tum ex Inſtitutionibus Procli Theologicis videre eſt, tum ex iis quæ in Parmenidem eſt commentatus: ubi ſpecies, dum in ſe ipſis dividuntur & multiplicantur, rerum per ſe exſiſtentium virtutem nactas eſſe dicit, & ſubſiſtere quidem per cauſas primas, ſed & a ſe ipſis produci. Animam vero Olympiodorus quoque in Phædonem, a duplici principio dicit ſubſiſtere, a ſe ipſa & a Deo, a duplici quoque principio perfici. Iterum in iiſdem Commentariis, Platonicum docet eſſe dogma, quod anima a ſe ipſa producatur. Hæc autem de hujuſmodi Entibus videntur dicere, acſi aliter immortalia futura non eſſent, niſi hujus naturæ forent, & a ſe ipſis producerentur. Nam immortalitatem & perennitatem eorum æque demonſtrant ex eo, quod ſe ipſas moveant, atque ex eo, quod per ſe ſubſiſtant. Et hoc quidem eſt hujusmodi, & ita ſe habet.

Δεύτερον ζήτημα, περὶ τοῦ μεθεκτοῦ καὶ ἀμεθέκτου.

Ἕτερον δὲ, ὅτι καὶ πᾶσαν ἑνάδα, τό τε καθ' ἑκάστην σειρὰν ἀρχικὸν αἴτιον, ἐν τοῖς προειρημένοις συγγράμμασιν οἱ αὐτοὶ, οὐ ταύτας δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ πάντων αἴτιον ἓν, πῇ μὲν ἀμέθεκτα λέγειν δοκοῦσι, πῇ δὲ μεθεκτά. Τοῦτο μὲν, τῷ μήτε τὴν τινῶν ἀρχὴν ἀποστατεῖν ἐκείνων τινὸς, ὧν αἴτιον λέγεται εἶναι, μήτε τὴν πάντων ἀρχὴν τινὸς ὅλως ἀποστατεῖν τῶν ὁπωσοῦν ὑφιστάναι λεγομένων, πάντων αὐτῶν οὖσαν αἰτίαν. ὅθεν καὶ τὸ πρῶτον τῶν νοητῶν, ὄνομα τὸ ἓν ὄν, κατὰ μέθεξιν τοῦ πρώτου ἑνὸς τούτῳ φασὶ κεκλῆσθαι τῷ ὀνόματι. ἐκεῖνο δὲ, τῷ τὸ μετεχόμενον ἐκείνου δεῖν εἶναι ὑφ' οὗ μετέχεται· τούτῳ δὲ ἕπεσθαι, τὸ ἑνός τινος εἶναι, ὧν ἐν τῷ πλήθει, καὶ μὴ πᾶσιν ἅμα παρεῖναι. ταῦτα· οὖν τὰς δοκούσας μὲν ἀντιφάσεις, ἥκιστα δέ γε οὔσας, οὐ γὰρ ἂν ἔγωγε τοῦτο θαῤῥήσαιμι φάναι, σὸν αὖ εἴη, σοφώτατ' ἀνδρῶν, τοῦ μόνου ταμιοῦ τῆς Πλατωνικῆς ἐποπτείας μυσταγωγοῦ τε καὶ μύστου, ἱκανῶς διαλύσασθαι, καί τινα περὶ τούτων ἡμῖν ἐκθεῖναι διδασκαλίαν. ὡς ἐμοίγε σφόδρα προσίσταται, καὶ λύσιν πολλὰ σκοπούμενος, οὐδεμίαν οὐδέπω ἥτις καὶ ἱκανὴ ἔσται, εὑρεῖν ἐδυνήθην. ἃ δ' ἄν τις φαινομένων ἀντίφασιν ἐν τούτοις συνάγων, ἢ πρὸς τὸ αὐθυπόστατον ἁπάντων, ἀδύνατά τε καὶ ἄτοπα ἐπάγοι τῷ λόγῳ, ἐξέθηκα ἂν, εἰ μὴ τὴν πολυλογίαν φεύγων, ἅμα καὶ σὲ ᾔδειν τῷ διαβατικωτάτῳ σοῦ νῷ ταῦτα πάντα περιληψόμενον.

Τρί-

Quæſtio II. de participato & non participato.

Alterum vero eſt, quod iidem in ſcriptis laudatis, & omnem unitatem, & quod in qualibet ſerie cauſa principalis eſt, imo non hoc ſolum, ſed et ipſum illud unum, quod omnium cauſa eſt, aliquatenus videantur non participata dicere, aliquatenus vero participata. Hoc quidem, quod neque quorumcunque principium abſit a quoquam eorum, quorum dicitur eſſe cauſa, neque omnium rerum principium abſit omnino ab ullis rebus, quæ quacunque ratione ſubſiſtere dicuntur, cum omnium cauſa ſit. Unde & primum intelligibilium, quod nomine illud unum eſt, participatione ſummi unius hoc eſſe vocatum nomine dicunt. Illud vero, quod participatum omne ejus debeat eſſe, a quo participetur, ex quo ſequatur, quod unius cujuſdam ſit eorum, quorum in multitudine, non vero omnibus ſimul præſens ſit. Hæc igitur, quæ videntur quidem ſibi contradicere, minime vero contradicunt, nec enim hoc dicere auſim, tuum quidem foret, vir ſapientiſſime, qui jam ſolus Platonicorum myſteriorum Præceptor es & peritus, abunde diſſolvere, & quandam nobis exponere de iis doctrinam. Me enim hæc male admodum habent, qui ſolutione ſæpius tentata, nullum unquam, quæ ſufficiat, reperire potui. Quae vero impoſſibilia & abſurda quis hinc inferat ratiocinando, qui ea congerat, quae in hiſce pugnare ſecum videntur, vel qui ad conceptum per ſe exſiſtentis ſe convertat, id quidem expoſuiſſem, niſi & loquacitatem voluiſſem effugere, & te ſimul noviſſem perſpicaciſſima tua mente hæc omnia comprehenſurum.

Digitized by Google

Τρίτον ζήτημα, περὶ τῆς τῶν ὄντων συνωνυμίας καὶ ὁμωνυμίας.

Πρὸς δὲ τούτοις κἀκεῖνο εἰδέναι χρεὼν, ὡς τὰ ὀνόματα τοῖς αἰσθητοῖς παρὰ τῶν νοητῶν ἐφήκειν, οὔτε ὁμωνύμως, οὔτε καθαρῶς συνωνύμως, ἀλλ᾽ ὡς τὰ ἀφ᾽ ἑνὸς καὶ πρὸς ἕν, Πρόκλος δοξάζει, συμφωνῶν ὥς φησι Πλάτωνι· κἀκεῖνα μὲν πρώτως εἶναι ὃ λέγεται, ταῦτα δὲ δευτέρως. πᾶς γάρ φησιν ἀριθμὸς, εἰς οἰκείαν αὐτῷ καὶ σύστοιχον ἤρτηται μονάδα, ἀφ᾽ ἧς καὶ τὴν ὑπόστασιν ἔχει καὶ τὴν προσηγορίαν, οὔτε συνωνύμως, οὔτε εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν, ἀλλ᾽ ὡς τὰ ἀφ᾽ ἑνὸς καὶ πρὸς ἕν. ὥστε τὰ ὄντα καὶ ἐκ μιᾶς ἐστι μονάδος, ἣ πρώτως καὶ λέγεται ὄν, δι᾽ ἣν καὶ ταῦτα κατὰ τὴν ἑαυτῶν τάξιν καὶ ἔστι καὶ ἐπονομάζεται ὄντα· καὶ ἀπὸ ταύτης πάντα τὰ ὄντα συμπαθῆ εἰσὶν ἀλλήλοις, καὶ τὰ αὐτά πως, καθ᾽ ὅσον ἐξ ἑνὸς ὄντος ἐστί. καὶ ἀλλαχοῦ, ὃ γάρ ἐστι τὸ ἓν εἶδος πρώτως, φησί, τοῦτο τὰ ὑπ᾽ αὐτὸ πολλὰ δευτέρως. καὶ Ὀλυμπιόδωρος δὲ ἐν τοῖς εἰς τὸν Φαίδωνα, ὁμώνυμοί φησι τοῖς παραδείγμασιν αἱ εἰκόνες, ὡς μόνου τοῦ ὀνόματος τὴν ταυτότητα σώζοντος, τοῦ δὲ πράγματος ἐκστάντος ἀπὸ τοῦ παραδείγματος εἰς εἰκόνα.

Τέταρτον ζήτημα περὶ εἱμαρμένης.

Θύμιον ἀλλὰ καὶ τὸ πολυθρύλλητον εἱμαρμένης τε καὶ ἀνάγκης δόγμα κατατειχίζειν μοι δοκοῦσι Σιμπλίκιός τε

καὶ

Quæſtio III. de rerum univocatione & æquivocatione.

Præter hæc vero, & illud ſcire fuerit operæ pretium, qua ratione nomina intelligibilium ſenſilibus imponi nec æquivoce, nec plane univoce, ſed tanquam ex uno unitis, Proclus exiſtimet, cum Platone, ut ait, conſentiens: Et illa quidem primario eſſe id quod dicantur, hæc vero ſecundario. Omnis enim, inquit, numerus ex propria ſibi & cognata unitate pendet, a qua & ſubſiſtentiam habet & denominationem, nec univoce, nec temere aut caſu, ſed velut ex uno unita. Ut adeo res & ex una monade ſint, quæ & primario Ens dicatur, & per quam illæ ſub quælibet ordine & ſint & nominentur Entia: & per eam omnes res iiſdem gaudeant affectionibus, & eadem quaſi ſint, quatenus ex uno Ente proficiſcantur. Et alibi dicit: quod una ſpecies eſt primario, id multæ res ſub illa comprehenſae ſunt ſecundario. Sed & Olympiodorus in Commentario in Phædonem; æquivocæ, inquit, ſunt exemplaribus imagines, ut ſolum nomen identitatem ſervet, res vero degeneret ab exemplari ad imaginem.

Quæſtio IV. de Fato.

Verum enim vero, inter pervulgatam quoque ſententiam de fato & de neceſſitate diſtinguere videntur Simplicius &

Digitized by Google

καὶ Ὀλυμπιόδωρος. ὁ μὲν, ἐν ταῖς εἰς τὸ ἐγχειρίδιον Ἐπικτήτου ἐπισημασίαις, ἀποτρεπόμενος τοὺς πάντα ἀναγκάζοντας, τάτε ἐπιχειρήματα αὐτῶν ἐκτιθέμενος καὶ ἀνατρέπων, εἶτα αὐτὸς ἀποδεικνύς τε καὶ συμπεραίνων, τὴν ὑπόληψιν καὶ ὄρεξιν τῆς ψυχῆς, καὶ ὅλως τὴν αἵρεσιν καὶ προαίρεσιν αὐτεξούσιον, καὶ οὐδαμῶς ἠναγκασμένην εἶναι. ἄλλως γὰρ οὐδὲ οἴεται τὸ αὐτοκίνητον αὐτῆς σώζεσθαι δύνασθαι, καὶ ὅλως αὐτὴν τὴν οὐσίαν, ἀλλ᾽ ἅμα τῇ τοῦ ἐφ᾽ ἡμῖν ἀναιρέσει, καὶ τὴν οὐσίαν αὐτῆς ἀναιρεῖσθαι. οἶδας δὲ ποίας σχολῆς ὁ Σιμπλίκιος, καὶ ὡς τῆς ἀκαδημαϊκῆς ἠρύσατο πηγῆς δαψιλέστατα, παρ᾽ Ἀμμώνιον καὶ Δαμάσκιον τοὺς Πλάτωνος ὑποφήτας φοιτήσας. ὁ δέγε Ὀλυμπιόδωρος, ἐν μὲν τοῖς εἰς τὸν Γοργίαν, τεθηλυμμένης ἐστί, φησι, προαιρέσεως, τὸ οἴεσθαι πάντα ἐξ ἀνάγκης εἶναι καθ᾽ εἱμαρμένην, καὶ μηδὲν ἐκ τῆς προαιρέσεως γίνεσθαι τῆς ἡμετέρας. μὴ γὰρ νόμιζε, φησιν, ὅτι οὐ δυνατὸν παρ᾽ εἱμαρμένην ἀποθανεῖν. δυνατὸν γὰρ, εἴγε ἡ προαίρεσις ἀναγκάσῃ. καὶ γὰρ καὶ ἡ εἱμαρμένη ἐκ τῆς προνοίας ἤρτηται. καὶ αὖθις ἐν τοῖς αὐτοῖς Ἀμμώνιον εἰσάγει, τὸ τῆς ψυχῆς αὐτοκίνητον ὑπερισχύειν τοῦ τῆς εἱμαρμένης νόμου τιθέμενον, ἐν τούτοις τοῖς λόγοις· ἐγὼ γάρ φησιν οἶδα ἀνθρώπους τινὰς, ὅσον κατὰ τὴν ἀστρολογίαν, θέματα μοιχῶν ἔχοντας, καὶ σωφρονοῦντας, περιγινομένου τοῦ αὐτοκινήτου τῆς ψυχῆς. ἐν δὲ τοῖς εἰς Ἀλκιβιάδην, ἐκ τῶν τοῦ θεοῦ φησὶν ἐρωτήσεων ἀνακύπτειν, ὡς καθ᾽ αἵρεσιν οἱ βίοι, καὶ οὐ κατηναγκασμένοι. φησὶ γὰρ, τῇ βουλῇ, οὕτω δὴ καὶ ἐν τῇ πολιτείᾳ, αἰτία ἑλομένου, θεὸς ἀναίτιος. Καὶ αὖθις· ὑμεῖς δαίμονα αἱρήσεσθε, οὐχ

ὑμᾶς

& Olympiodorus. Ille quidem in Animadverſionibus in Enchiridion Epicteti, averſatur eos, qui neceſſitati omnia devinciunt, & argumentis eorum expoſitis atque everſis, ipſe oſtendit & concludit, opinionem & deſiderium animae, ac in univerſum electionem ac propoſitum eſſe in arbitrio hominis, nequaquam vero coacta. Aliter enim, ne quidem motum ejus ſpontaneum putat poſſe ſervari; quin ne ipſam quidem eſſentiam; ſed ſimulac tollantur ea, quæ ſint in noſtra poteſtate, animæ ſimul eſſentiam tolli. Noſti autem, cujus ſcholæ fuerit Simplicius, quodque ex Academico fonte quam lautiſſime hauſerit, dum Ammonium & Damaſcium Platonis interpretes audivit. Olympiodorus autem in Commentariis in Gorgiam; effœminati, inquit, animi eſt, ſi quis omnia neceſſario fieri exiſtimet ſecundum fatum, nihil vero ex propoſito noſtro. Noli enim inquit, arbitrari, quod præter fatum mori non poſſis: potes enim ſi propoſitum coegerit; ſiquidem & fatum ipſum a providentia pendet. Iterum vero in iiſdem Commentariis inducit Ammonium ſtatuentem, quod motus animæ ſpontaneus fati leges vincat, his verbis; Ego enim, inquit, novi homines, qui quantum ad Aſtrologiam, habent horoſcopos adulterorum, & tamen temperantes ſunt, vincente nimirum libero mentis motu. Et in Commentario in Alcibiadem dicit ex precibus adverſus Deos enaſci, quod vitæ ratio ſecundum electionem fiat, non vero neceſſitate cogente. Dicit enim ſicut in conſiliis, ita & in rebus agendis culpa eligentis eſt, Deus vero inſons. Et iterum: Vos Dæmonem eligetis, non

ve-

ὑμᾶς δαίμων λήξεται· ἐν ὑμῖν γὰρ ἐστιν ἑλέσθαι τοιόνδε βίον, ἑλομένοις δὲ πράττειν τὰ ἑπόμενα τῷ βίῳ, οὐκ ἐν ὑμῖν, ἀλλ' ἀναγκαίως. οἶδας δέ γε καὶ Πρόκλον ἀναγκαίως τὰ ἐνδεχόμενα τὸν θεὸν εἰδέναι φάσκοντα ἐν τῇ θεολογικῇ αὐτοῦ στοιχειώσει, κἀντεῦθεν συγχωροῦντα τὸ ἐνδεχόμενον. Ἀμμώνιόν τε ταῖς αὐταῖς ῥήμασιν ὡς ἀπὸ λημμάτων Ἰαμβλιχείων χρώμενον, ἐν οἷς Ἀριστοτέλη περὶ τοῦ ἐνδεχομένου ἐν τῷ περὶ ἑρμηνείας ἑρμηνεύει. οὓς συνιέντας καὶ τοιούτους ἄνδρας ὄντας, εὐχερῶς ἀπώσασθαι οὐ μέντοι ῥᾴδιον. εἴ τι οὖν καὶ πρὸς ταῦτα εἰπεῖν δοκιμάσειας, οὐ τὸν πόνον, ἀλλὰ τὴν ἐσομένην τοῖς ἐντευξομένοις ὠφέλειαν λογισάμενος, χαριῇ τέ μοι τὰ μέγιστα, καὶ μεγάλων ἀπορειῶν ἀπαλλάξεις.

Ο ΠΛΗΘΩΝ ΤΩ ΒΗΣΣΑΡΙΩΝΙ.

Οὐ πάντα οἴεσθαι χρή, τοὺς ἄνδρας τούτους, οὓς καταλέγεις, ἀλλήλοις συμφωνεῖν, ἀλλὰ τὰ μὲν μείζω καὶ κυριώτερα ἀλλήλοις συνᾴδειν, ἔστι μέντοι περὶ ἃ καὶ διαφωνεῖν. αὐτίκα οὖν Πλάτων προσεχῆ τοῦδε τοῦ οὐρανοῦ τίθεται τὸν δημιουργόν. Πρόκλος μέν, τὰ Πλάτωνος δόγματα ἐς τοὺς Ὀρφέως ἕλκων μύθους, τέταρτον ἀπὸ τοῦ πρώτου τίθεται αἰτίου, Πλωτῖνος δὲ τρίτον, ἐς τοὺς πολλοὺς οὗτος ἀποβλέψας τῶν ποιητῶν, Ἰουλιανὸς δὲ δεύτερον, παρὰ Μαξίμου ἴσως οὕτω τοῦτο δεδιδαγμένος. δοκεῖ δὲ καὶ Πλάτων οὕτω μᾶλλον ἀξιοῦν, ἢ οὐχ ᾗ Πρόκλος ἢ Πλωτῖνος ἀξιοῦσιν. ἐξ ὧν ἐν τῇ ψυχογονίᾳ τὴν ψυχήν φησι τῶν νοητῶν ἀεί τε ὄντων ὑπὸ τοῦ ἀρίστου ἀρίστην γεγονέναι τῶν

vero Dæmon vos eliget. Eſt enim in vobis, ejuſmodi rationem vitæ eligere; ſed ubi eligeritis, non jam liberum eſt, facere quae ex hac vita conſequuntur, ſed neceſſarium. Noſti vero Proclum etiam in Elementis Theologicis dicere, quod Deus res contingentes neceſſario ſciat, atque adeo res contingentes eſſe, concedere. Ammonium vero iisdem verbis, quaſi ex lemmatibus Iamblicheis uſum eſſe, ubi Ariſtotelem, in libro de Interp. de contingente loquentem, interpretatur: Quos quidem tales tantoſque viros non temere quis levi opera redarguat. Si igitur ad hæc quoque reſpondere placuerit, neque tam laborem tuum, quam fructum eorum, qui in illa inciderint, reputaveris, & mihi facies admodum gratum, & a magnis dubiis me liberabis.

PLETHO BESSARIONI S. D.

Non eſt exiſtimandum, viros iſtos, quos recenſes, ſecum in omnibus conſentire, ſed in maximis quidem & præcipuis conſpirare, in nonnullis tamen etiam diſſentire. Nam ſtatim quem Plato proximum hujus cœli opificem ponit, eum Proclus, qui dogmata Platonis ad Orphicas fabulas tranſtulit, quartum ponit a prima cauſa, Plotinus vero tertium, ad pleroſque Poetarum reſpiciens, Julianus autem ſecundum, a Maximo forte ita edoctus. Sed & Plato videtur ita potius ſentire, non autem, ut Proclus aut Plotinus ſtatuunt: quandoquidem in Pſychogonia animam dicit a rerum intelligibilium & ſempiternarum optima, optimam natam eſſe inter

χρηθέντων. Πρόκλος δὲ καὶ τοῦτο διαστρέφει, τὸ τῶν νοητῶν ἀεί τε ὄντων, τῷ ἀνωτέρῳ κώλῳ, οὐδὲν τοιαύτης προσθήκης δεομένῳ, συνάπτων, τὸ δὲ ὑπὸ τοῦ ἀρίστου, ἐνδεὲς λείπων, τοῦ τίνων ἀρίστου. ἔτι δὲ ὕλην Πρόκλος μὲν ἀπὸ τοῦ πρώτου αἰτίου παράγει, Πλωτῖνος δὲ ἀπὸ τῆς μετὰ τὸ πρῶτον δευτέρας καὶ νοητῆς οὐσίας. τὴν δὲ περὶ δαιμόνων πονηρῶν δόξαν, οἱ μὲν αὐτῶν δῆλοί εἰσιν οὐ προσδεχόμενοι, ὥσπερ οὐδὲ Πλάτων· οἱ δὲ τιθέμενοι τῇ δόξῃ, παρ' αἰγυπτίων εἰς τοῦτο παρηγμένοι. οὐ γὰρ τά γε μαγικὰ λόγια τῶν ἀπὸ Ζωροάστρου μάγων, οἷς καὶ Πυθαγόρας τε ἕσπετο, καὶ Πλάτων αὐτὸς, ταύτην φαίνεται προσιέμενα τὴν δόξαν, ἐν οἷς φησὶν, ἡ φύσις πείθει τοὺς δαίμονας ἁγνούς. οὗτοι δὲ καὶ τὸν τῆς εἱμαρμένης λόγον οἱ μὲν τούτων τῶν ἀνδρῶν ἀναιροῦσιν, οἱ δὲ συνιστῶσιν. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἄχρι τούτου.

Πρὸς τὸ πρῶτον ζήτημα.

Περὶ δὲ ὧν ἀπορεῖν φῂς, τάδε φαμέν. καὶ πρῶτον, περὶ τῶν χωριστῶν νῶν. τούτων γὰρ ἕκαστον ἐξ ἴσου τῷ πρώτῳ αἰτίῳ ἓν εἶναι, οὐκ αὖ δὴ ἀξιώσειαν οἱ οὕτω λέγοντες, ἀλλ' ἤδη πεπληθυσμένον τι ἕν. τὸν δ' οὖν παράγοντα ἕκαστον αὐτῶν θεὸν, τὸ κράτιστον ἑκάστου πεπληθυσμένου ὄντος ἀμέσως παράγοντα, τὸ λοιπὸν πᾶν δι' αὑτοῦ ἤδη τοῦ κρατίστου παράγειν. καὶ οὕτω ἕκαστον αὐτῶν ὑπό τε τοῦ πρώτου αἰτίου παράγεσθαι, καὶ αὐτοπαράγωγον εἶναι, μέρει τὸ λοιπὸν ἑαυτοῦ μέρος παράγοντα. ὥσπερ πω καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοκίνητον εἶναι, μέρει τὸ λοιπὸν ἑαυ-

Digitized by Google

res natas. Proclus vero etiam hoc pervertit, dum verba, *rerum intelligibilium & ſempiternarum*, conjungit cum ſuperiori membro, quod ejuſmodi additionis non eget, in ſequentibus autem, *ab optima*, hiatum relinquit, nec inter quas optima ſit, addit. Præterea materiam Proclus a prima cauſa repetit, Plotinus vero ab ea, quæ primam cauſam excipit, ſubſtantia ſecunda intelligibili. Tum opinionem de malis dæmonibus, manifeſtum eſt quoſdam eorum non recipere, quemadmodum nec Plato facit, quoſdam vero certam ponere, ab Aegyptiis ad id inductos. Nec enim magica oracula eorum Magorum qui a Zoroaſtro deſcendunt, quæque & Pythagoras ſecutus eſt & ipſe Plato, videntur hanc opinionem admiſiſſe, ubi dicitur: naturam dæmones ſanctos eſſe ſuadere. Sic & Fati rationem nonnulli tollunt, alii confirmant. Verum de his hactenus.

Ad Quæſtionem primam.

De quibus vero dubitare te dicis, hæc pronunciamus. Ac primum quidem, de mentibus a materia ſeparatis. Harum enim quamque cum prima cauſa ex æquo unam eſſe, non temere ſtatuent, qui ita dicunt, ſed unum quoddam multiplicatum innuent: atque adeo Deum, qui quamlibet illarum producit, optimum cujuſque unius multiplicati immediate, reliqua vero omnia per hoc nempe optimum ipſum producere: atque ita quamque mentem & a prima cauſa produci, & ſe ipſam producere, dum parte ſui reliquam ſui partem producat. Quemadmodum & anima ſe ipſam moveat, dum parte ſui reliquam ſui

Digitized by Google

ἑαυτῆς κινοῦσαι. σαφέστατα γὰρ ἐν τῇ ψυχῇ καταφαίνεται ἥτε βούλησις αὐτῆς καὶ ἡ ὁρμὴ ὑπὸ τοῦ φρονοῦντος αὐτῆς κινούμενα, αὐτὸ δὲ τὸ φρονοῦν αὐτῆς ὑπὸ τῶν περιϊσταμένων αὐτὴν πραγμάτων. καὶ οὔτε αὐτοκίνητον οὕτως ἡ ψυχὴ, ὡς μὴ καὶ ὑφ' ἑτέρου κινεῖσθαι· οὔτε αὐτοπαράγωγον οὐδ' αὕτη, οὔτε τῶν ὑπὲρ αὐτὴν νῶν οὐδεὶς, ὡς καὶ μὴ ὑφ' ἑτέρου παράγεσθαι. οἱ μὲν οὖν οὕτω λέγοντες, λέγοιεν ἄν τι, οἱ δ' ἑτέρως λέγοντες, οὐ ποτ' ἂν εἰκός τι λέγοιεν. οὔτε γὰρ ἂν κινήσειέ τι αὐτὸ, μὴ οὐ πεπληθυσμένον ὄν· πολὺ δὲ μᾶλλον οὐκ ἂν παράγοι· διακεκρίσθαι γὰρ δεῖ ὁπωσδήποτε καὶ παραγόμενον παράγοντος, καὶ κινούμενον κινοῦντος, καὶ οὐ χρὴ κοινὰς οὔσας ἐννοίας τὰς τοιαύτας τοὺς φάσκοντας σοφοὺς εἶναι ἀνατρέπειν· τὸ δὲ πρῶτον οὐκ αὐτοπαράγωγον, ἀλλ' αὐτὸ δι' αὐτὸ ὄν. καὶ ἡ τοῦ φρονοῦντος ἡμῶν ἐν τῷ αὐτονοεῖν αὐτοκινησία τε καὶ εἰς ἑαυτὸ ἐπιστροφὴ, ὁμώνυμός τις κίνησις, τὴν δὲ τῆς ψυχῆς τε καὶ τῶν ὑπὲρ αὐτὴν νῶν ἀϊδιότητα, οὐκ ἀμέσως οὕτως ἀπό τε τοῦ αὐτοκινήτου καὶ αὐτοπαραγώγου κατασκευάζειν χρὴ, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἀπὸ τῆς τε κυριωτάτου αὐτῶν τῆς οὐσίας ἀμερείας, τῆς τε ἀπ' ἀκινήτου αἰτίας προσεχοῦς παραγωγῆς, ὧν ἄλλα τε καὶ τά τε αὐτοκίνητον τό τε αὐτοπαράγωγον τεκμήρια εἶναι. δεῖν γάρ φησιν ὁ Πρόκλος τῶν τε ἀκινήτων καὶ ἑτεροκινήτων τὸ αὐτοκίνητον μέσον εἶναι. καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ τοῖς ἀκινήτοις τὰ ἑτεροκίνητα συνάπτον. ἀλλὰ καὶ εἰ κινεῖ ἢ παράγει τε τἄλλα τῶν σὺν αὐτῷ ἐσομένων, εἴη ἂν πρῶτόν τε τι αὐτῶν καὶ προὖχον· εἰ δὲ τοιοῦτον, καὶ ἀμερές. καὶ περὶ μὲν τούτου ἐς τοσοῦτον.

Περὶ

Digitized by Google

partem movet. Manifeſtiſſime enim apparere, quod voluntas & conatus animae ab intellectu ejus, ipſe vero intellectus a circumſtantibus eum rebus moveatur: nec ita ſe ipſam movere animam, quin ab alio quoque moveatur, nec vel hanc, vel quanquam earum quae ſupra illam ſunt mentium, ita ſe ipſas producere, ut non ab alio etiam producantur. Quicunque itaque ita dicant, dixerint aliquid; ſed qui aliter, certe nihil dixerint. Nihil enim temere moveat ſe ipſum, quod non multiplicatum ſit, multo minus vero producat. Nam diſtinctum quacunque demum ratione oportet eſſe productum a producente, & motum a movente, neque decet communes haſce notiones ab iis, qui ſapientes ſeſe dictitant, everti. Prima vero cauſa, non a ſe ipſa producta eſt, ſed ipſa per ſe eſt, neque intellectus noſter, dum ſua ſe intellectione movet, & in ſe convertitur, eodem ſenſu dici poteſt ſe movere. Sempiternitas vero animae, & quae ſupra illam ſunt mentium, non immediate ita demonſtrari debet ex eo, quod ſe ipſas moveant & producant, ſed potius a praecipua illarum affectione, nempe ſimplicitate eſſentiae, & immediata productione ab immobili cauſa, quibus tum alia documento ſint, tum quod ſe ipſas moveant & producant. Oportet enim, ut ait Proclus, inter ea quae non moventur, & quae moventur ab alio, id quod ſe ipſum movet, medium eſſe: & hoc eſſe, quod immobile cum iis, quae moventur ab alio, connectat. Jam ſi movet & producit anima vel quaecunque mens, reliqua quae cum ipſa futura ſunt, efficitur, eſſe praecipuum quid inter ea & excellens, quale ſi eſt, etiam ſimplex eſſe concluditur. Et tantum etiam de hoc.

Πρὸς τὸ δεύτερον.

Περὶ δὲ μεθεκτοῦ καὶ ἀμεθέκτου, οὐδὲν κωλύει, τοῦ μετέχειν καὶ μετέχεσθαι πλεοναχῇ λεγομένων, καὶ τὰ αὐτὰ, τῇ μὲν ἀμέθεκτα, τῇ δὲ μεθεκτὰ λέγεσθαι. μία μὲν γὰρ ἂν εἴη μετοχὴ, ἡ κατὰ μόνην τὴν αἰτίαν, καθ' ἣν ἅπαν παράγον ὑπὸ τοῦ παραγομένου μετέχοιτ' ἄν, ὡς τῶν αὐτοῦ τινὸς τῷ παραγομένῳ μεταδιδὸν, κἂν εἰ χωρὶς αὐτὸ καθ' αὐτὸ μένοι τὸ παράγον. ἑτέρα δὲ ἡ κατὰ περίληψιν, καθ' ἣν τὸ παράγον ἢ κινοῦν, ἢ ὅλως ἄρχον, περιλαμβάνον ἐν ἑαυτῷ τὸ ὑφ' ἑαυτοῦ διατιθέμενον, οὕτω δὴ δρᾷ, ὥστ' αὖ δρώη ἐς αὐτό. ἡ μὲν οὖν προτέρα μετοχὴ, τῶν χωριστῶν ἂν τῶν εἴη, πρὸς τὰ τῇδε· ἡ δ' ὑστέρα, τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ σῶμα. ἐς τοσοῦτον οὖν καὶ περὶ τούτου.

Πρὸς τὸ τρίτον.

Περὶ δὲ τῆς τῶν τῇδε πρὸς τὰ εἴδη τὰ χωριστὰ ὁμωνυμίας. ἐπειδὴ τῶν ὁμωνύμων τὰ μὲν κατ' οὐδεμίαν πραγματικὴν κοινωνίαν κοινὸν τοὔνομα ἔχει· τὰ δὲ κοινωνεῖ μὲν ἀλλήλοις, καὶ πραγματικῶς, κατὰ δὲ σμικρόν τι θάτερα τῶν ἑτέρων ἐφάπτεται, καὶ τοῦτο συμβεβηκός τε καὶ οὐκ ἔς τινα κοινὴν οὐσίαν συμβαλλόμενον, οἷον καὶ τὰ ζῶα τὰ γεγραμμένα πρὸς τὰ ἀληθινὰ πέπονθε· τὰ δ' εἰ καὶ κατὰ μεῖζόν τι κοινωνεῖ, ὅμως μέντοι ἐν διαφόροις γένεσι κυριωτέροις περιέχεται. τὰ γὰρ ἐν διαφόροις γέ-

Ad Quaeſtionem ſecundam.

De participato autem & imparticipato nihil prohibet, cum participare & participari diverſimode dicantur, quin eaedem res alia ratione imparticipatae dicantur, alia participatae. Alia enim participatio intelligenda eſſet qua ſolam cauſam, ſecundum quam omne quod producit, participatur a producto, quoniam ſuorum aliquid producto impertit, licet ſeorſim ſibique relictum maneat producens. Alia vero, qua aſſumtionem, ſecundum quam omne quod producit, aut movet, aut in univerſum imperat, aſſumit in ſuam ſubſtantiam, id quod a ſe diſponitur, itaque operatur in illud, quodcunque demum operatum ſit. Jam prior participatio ſeparatarum mentium debet eſſe, in relatione ad res corporeas, poſterior vero animæ cum corpore. Et tantum etiam de hoc.

Ad Quæſtionem tertiam.

De æquivocatione vero rerum corporearum in relatione ad ſpecies ſeparatas. Quoniam æquivocatorum alia, ob nullam realem communionem, nomen habent: alia habent quidem aliquid commune, idque reale, ſed tamen quo exiguam partem conveniunt, & hanc quidem accidentalem, quæ ad eſſentiam communem nihil conferat, quod pictis animalibus adverſus vera accidit: alia conveniunt quidem in maximis, ſed diverſis tamen generibus principalibus continentur. Nam quæ in diverſis gene-

νεσι κοινὸν ὄνομα ἔχοντα, ὁμώνυμα. οἷον καὶ τῇ ἰατρικῇ συμβαίνει, τῇ τε τέχνῃ, τῇ τε γυναικὶ, τῇ τε σκευῇ, τῇ μὲν τὴν τέχνην ἴδιον ἐχούσῃ γένος, τῇ δὲ τὴν τεχνικὴν, τῇ δὲ τὴν σκευήν. ἐπεὶ οὕτω ταῦτ' ἔχει, τὰ τῇδε πρὸς τὰ χωριστὰ εἴδη, κἂν εἰ κατὰ μέγα τι ἀλλήλοις κοινωνῇ, ἀλλ' ἐπεὶ ἐν διαφόροις τυγχάνει ὄντα γένεσιν, ὁμώνυμα ἂν εἴη. τοῖς μὲν γὰρ τῇδε, τὸ ἔγχρονον ἢ ἔνυλον εἴη ἂν γένος· τοῖς δ' ἐκεῖ, τὸ αἰώνιον ἢ χωριστόν· τὰ μέντοι ὄντα πάντα, τάγε ἀνωτάτω, ὁπόσ' ἄν τις καὶ ὁποῖα προχειρίσαιτο, ἐπεὶ οὔτε ἐν ἑτέροις αὐτὰ τυγχάνει ὄντα διαφόροις γένεσι, κοινόν τε ἀλλήλοις καὶ μέγιστόν τι ἐς τὴν οὐσίαν ἔχει συμβαλλόμενον αὐτὸ τὸ εἶναι· (καὶ τί γὰρ ἂν τούτου μεῖζον εἰς οὐσίαν ἂν εἴη συμβαλλόμενον ἑκάστοις;) οὐκ ἂν δὴ ὁμωνύμως ὄντα λέγοιτο. εἰ μὴ ἄρα πρὸς τὸ πρῶτον αἴτιον καὶ μόνον, ὁμώνυμόν τις τὸ εἶναι τἆλλα πάντα ἔχειν ἀξιώσειεν, ἢν μὴ τὸ ἓν μόνον καὶ ἀγαθὸν, κατὰ Πρόκλον, ἀλλὰ καὶ τὸ ὂν κατὰ Ἰουλιανὸν ἐκείνῳ ἀνατεθῇ. καὶ τίνι γὰρ ἄλλῳ μᾶλλον προσήκει τὸ ὂν, ἢ τῷ αὐτὸ δι' αὐτὸ ὄντι. οὕτω γὰρ ἂν τἆλλα πάντα ὁμώνυμον τὸ εἶναι ἔχοι, ἀλλήλοις δ' οὐχ ὁμώνυμον, ἅτε καὶ ἀπὸ μιᾶς ἅπαντα προϊόντα τῆς ἀρχῆς. οὐ γὰρ τὸ τὰ μὲν μᾶλλον τοῦ ὄντος, τὰ δ' ἧττον μετέχειν, κωλύσει μὴ οὐχ ὑφ' ἓν ἅπαντα τάττεσθαι γένος. ἢν γὰρ σκοπῇ τις ὀρθῶς, ἅπαντα τὰ ἀπὸ κοινοῦ τινὸς ἀντιδιαιρούμενα γένους, ἔς τε τελειώτερα καὶ ἀτελέστερ' ἄττα εὑρήσει διαιρούμενα. τὰ δὲ τελεώτερα τοῦ κοινοῦ γένους ἢ εἴδους μᾶλλον τῶν ἀτελεστέρων μετέχει. οἷον τοῦ ζώου ἔς τε τὸ ἀθάνατον καὶ θνητὸν διαιρουμένου, τὸ ἀθάνατον τελεώτερον τε καὶ μάλ-

λον

generibus commune nomen habent, æquivoca dicimus, quod ſit in voce ἰατρικὴ, quæ & de arte medica, & de muliere artis perita, & de apparatu medico adhibetur, cum tamen alio reſpectu artem, alio artis peritam, alio apparatum habeat pro genere proprio. Quoniam inquam hæc ita ſe habent, ſequitur, ut res corporeæ in relatione ad ſpecies ſeparatas, licet in ſe maxima invicem conveniant, tamen quoniam diverſis continentur generibus, æquivoca dicenda ſint. Nam res terreſtres temporale & materiatum genus habent, cœleſtes vero ſempiternum & a materia ſeparatum. At vero, Entia omnia, etiam ſumma, quæcunque & qualiacunque quis produxerit, quoniam, ne diverſis quidem generibus comprehenſa, commune ſibi maximeque ad eſſentiam conferens habent eſſe; (Quid enim cuique magis ad eſſentiam conferat?) non poſſunt æquivoce entia dici, niſi quis reliquis rebus omnibus, eſſe æquivoce, in reſpectu ad primam cauſam, competere ſtatuat, ſi nempe non unitas ſolum & bonitas ſecundum Proclum, ſed & eſſe ſecundum Julianum ipſi præcipue ſoli adſcribatur. Nam cui magis Eſſe competit, quam illi, quod ipſum per ſe eſt? Ita ergo reliqua omnia æquivocam habuerint eſſentiam, ſed in relatione ad ſe invicem non æquivocam, quippe quæ ab uno omnia proficiſcuntur principio. Nihil enim prohibet, quominus ad unum omnia referantur genus; licet alia magis, alia minus eſſentiam participent. Nam ſi quis rem recte perpendet, omnia quæ ſub communi genere comprehenſa in oppoſitas ſpecies dividuntur, in perfectiora & imperfectiora ſemper dividi reperiet. Perfectiora vero commune genus aut communem ſpeciem magis quam imperfectiora participant. V. g. ſi animal in immortale & mortale diſpeſcitur, immortale perfectius & ma-

 gis

Digitized by Google

λον ζῶον, εἴγε δὴ καὶ μᾶλλον ζῶν. καὶ εἰς τὸ λογικὸν τε καὶ ἄλογον τοῦ αὐτοῦ αὖ διαιρουμένου, τὸ λογικὸν τελεώτερόν τε ὡσαύτως καὶ μᾶλλον ζῶον, εἴγε δὴ καὶ μᾶλλον ζωὴ ἡ λογική. ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἧττον λευκὸν τῷ λευκοτέρῳ ὁμωνύμως λευκόν ἐστι, τῷ τὸ μὲν μᾶλλον, τὸ δ' ἧττον τοῦ λευκοῦ μετέχειν. ἐκεῖνά γε μὴν ἐν δίκῃ ἀπεξαιροῖτο τοῦ ὄντος, καὶ ὁμωνύμως αὖ εἶναι λέγοιτο, ἅτε στερήσεις καὶ φθοραὶ, καὶ ὅλως τὰ κακὰ, ἅτε καὶ τοῦ ὄντος ἅπαντα ὄντα ἀποπτώσεις τὰ τοιαῦτα. ἀλλὰ δὴ καὶ περὶ τούτου ἐς τοσοῦτον.

Πρὸς τὸ τέταρτον.

Περὶ δὲ τοῦ τῆς εἱμαρμένης λόγου· οὐχ οἷόν τε τῆς εἱμαρμένης καὶ ὁθενοῦν τῶν μελλόντων ἐξελεῖν, ἐκείνοιν τοῖν ἀξιωμάτοιν καὶ ἀμφοῖν ἐμπέδοιν μενόντοιν, τοῦ τε ἅπαν αἴτιον ὅ, τι ἂν δρῷ, σὺν ἀνάγκῃ τε καὶ ὡρισμένως δρᾷν, καὶ τοῦ πᾶν τὸ γινόμενον ὑπ' αἰτίου αὖ τινος γίγνεσθαι. Ἀριστοτέλης μὲν γὰρ ἐν τοῖς μετὰ τὰ φυσικὰ, τὴν ἀπὸ τούτοιν συνεωρακὼς τοῖν ἀξιωμάτοιν ἀνάγκην, καὶ ὡς ἐμπέδοιν καὶ ἀμφοῖν τούτοιν μενόντοιν, κινδυνεύει ἐκ τῶν ἐσομένων τὸ ἐπ' ἀμφότερα ἐνδεχόμενον οἴχεσθαι· ἵνα μὴ τὸ ἑαυτοῦ ἐνδεχόμενον ἀπολέσῃ, θάτερον τοῖν ἀξιωμάτοιν τούτοιν ἀναιρεῖ. εἶναι ἄττα τῶν γιγνομένων ἀξιῶν, καὶ ἄνευ αἰτίου ὁτουοῦν γιγνόμενα· γελοίως τὸ μὲν πᾶσί τε δοκοῦν ἀναιρῶν, τὸ δὲ ὑπὸ πάντων ἀντιλεγόμενον, ὡς ἔμπεδον ἑαυτῷ τιθέμενος. ἴδωμεν δὲ καὶ ὅπου τὸ ἐπ' ἀμφότερα τοῦτο ἐνδεχόμενον καὶ ἀμφίρροπον οἱ Ἀριστοτέλει οὗτοι συνηγοροῦντες ἀξιοῦσιν εἶναι, εἰ γὰρ ἐν τῇ βουλήσει ἡμῶν αὐτὸ ἀξιοῦσιν εἶναι, ὅπου καὶ δοκοῦσιν αὐτὸ τίθεσθαι, ἢ φάντων ὑπὸ μηδενὸς αὖ αἰτίου τὴν βούλησιν ἡμῶν κινεῖσθαι, ἀλλ' εἰκῇ καὶ μάτην· ἵνα δὴ καὶ τοῦτο τὸ

σεμνὸν

gis animal eſt, ſiquidem & diutius vivit. Item, cum id ipſum in rationale & irrationale dividitur, rationale etiam perfectius eſt, & magis animal, ſiquidem vita rationalis magis vita eſt dicenda. Sed neque minus album magis albo comparatum, æquivoce album eſt propterea, quod alterum magis, alterum minus albedinem participat. Illa autem merito eximantur e numero Entium, & æquivoce eſſe dicantur, quæ privationes ſunt & vitia, & in genere mala; quippe quæ omnia ab Ente degenerant. Sed & de hoc hactenus.

Ad Quæſtionem quartam.

De fati autem ratione dico, fieri non poſſe, ut fatum a quoquam futurorum eximatur, quoad illa duo principia ambo ſtent, quod omnis cauſa, quodcunque fecerit, neceſſario & determinate faciat, & quod omne quod fit, a cauſa quadam fiat. Enim vero Ariſtoteles in Metaphyſicis, ubi intellexerat, quid ex his duobus principiis ſequatur, quodque ambobus illis firmis manentibus, fieri aliter non poſſit, quam ut a futuris contingentia exſulent: ne contingente ſuo excidat, alterum horum principiorum tollit, ſtatuitque quædam eſſe, quæ abſque cauſa quacunque fiant, ridicule id quod omnibus videtur, tollens, id vero, cui a pleriſque contradicitur, tanquam ſtabile ſumens. Sed videamus, qua in parte hoc contingens & in utramque partem æque pendens, hi qui Ariſtoteli patrocinantur, collocent. Nam ſi id in voluntate noſtra ponunt, ubi & ponere videntur: aut moveri voluntatem noſtram ſtatuent a rebus, quæ a nulla naſcuntur cauſa; ſed temere ac fruſtra, qui ut hoc orna-

σεμνὸν τῇ ψυχῇ ἡμῶν περιάψωσι, ματαιότητι αὐτῇ περιθέντες. ἢ τὴν ὑπ' ἀγαθοῦ ὄντος, ἢ καὶ φαινομένου, τὴν βούλησιν ἡμῶν συγχωρήσωσι κινεῖσθαι, ὥσπερ που καὶ φαίνεται κινουμένη, ἀνάγκη αὐτοῖς, καὶ σὺν ἀνάγκῃ συγχωρεῖν κινεῖσθαι. Τὴν μὲν οὖν βούλησιν ἡμῶν οὐκ ἂν εἶναι αὐτοκίνητον, εἴγε ὑπὸ τοῦ φρονοῦντος ἡμῶν καὶ τἀγαθοῦ φαίνεται κινουμένη· τὴν δ' ὅλην ἡμῶν ψυχὴν αὐτοκίνητον εἶναι, τῷ μέρει ἑαυτῆς τὸ λοιπὸν αὐτῆς κινεῖν. ὅπου καὶ Ἀριστοτέλης ἀξιοῖ συνίστασθαι τὸ αὐτοκίνητον· (οὐ γὰρ οὐδ' Ἀριστοτέλης, ἐν οἷς εὖ λέγων φαίνεται, ἀτιμαστέος.) κινεῖσθαι μέντοι καὶ αὐτὸ τὸ ἐν ἡμῖν κινοῦν ὑπό τε τῶν ἔξωθεν ἤδη περιϊσταμένων ἡμᾶς πραγμάτων, καὶ δὴ καὶ τοῦ θείου, ἐπειδὰν οἷόν τε γίγνηται τῆς θείας ἐξηγήσεως μὴ ἀπολείπεσθαι. καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ φρονοῦν ἡμῶν, δόγμασι τοῖς ἑαυτῷ ἔξωθεν ἐγγινομένοις τὸ λοιπὸν τῆς ψυχῆς κινοῦν· τήν τε βούλησιν καὶ ὁρμὴν, καὶ τὰ τούτοιν αὖ ἑπόμενα πάθη, χαράν τε δὴ τὴν ἔνδον, οὐ τὴν δι' αἰσθήσεως, καὶ ἀγανάκτησιν ὡσαύτως, καὶ ἐλπίδα, καὶ δέος, καὶ ἐπιθυμίαν, καὶ θυμὸν, καὶ δὴ πρὸς ταῦτα καὶ τὴν φαντασίαν. ταῦτα γάρ ἐστιν, ἃ τὸ φρονοῦν ἡμῶν κινεῖ, καὶ ὧνπερ ἄρχει, ἔξωθεν αὐτὸ κινούμενον. ταῦτα καὶ ἐφ' ἡμῖν ἐκάλεσαν οἱ Στωϊκοὶ, ἅτε ἐπὶ τῷ κυριωτάτῳ ἡμῶν ὄντα τῷ φρονοῦντι. αὐτὸ δὲ τὸ φρονοῦν ἡμῶν οὐκέτι ἐπὶ ἐπὶ τῷ ἄλλῳ τῶν ἡμετέρων, οὔτ' αὐτὸ ἐφ' ἑαυτῷ ἐστιν· ἀλλ' ὑπὸ τούτων οἱ τήνγε εἱμαρμένην ἔτι ἀναιροῦντες συνελαυνόμενοι τῶν λόγων, ἐπ' ἐκείνην καταφεύγουσι τὴν ἀπολογίαν, φάσκοντες, καὶ τὸ φρονοῦν τοῦτο ἡμῶν ἐπὶ τῇ βουλήσει ἡμῶν εἶναι, εἴγε, ἣν ἐπιμεληθῶμέν τε αὐτοῦ καὶ ἀσκῆσαι βουληθῶμεν, καὶ αὐτὸ ἐπιδίδωσιν. ἀλλὰ καὶ τοῦτο δόξαν τινὰ ἡγήσασθαι δεῖ, τὴν τοῦ ὡς ἐπιμελητέον τε αὐτοῦ καὶ ἀσκητέον, ἣν μὴ πρότερον ἐγ-

γεν-

mentum animæ noſtræ concilient, vanitatem illi conciliant; aut ſi a vero vel apparenti bono voluntatem noſtram moveri conceſſerint, quemadmodum ſane moveri videtur, neceſſe etiam eſt, eandem neceſſario moveri concedant. Efficitur ergo, voluntatem noſtram non moveri a ſe ipſa, ſiquidem ab intellectu noſtro atque bono moveri conſtat; totam vero animam noſtram ſe ipſam movere, dum parte ſui reliquam ſui partem movet. Sane & Ariſtoteles vult confirmare, quod anima a ſe ipſa moveatur; (Nam nec Ariſtoteles eſt in iis, quæ illum bene dixiſſe manifeſtum eſt, repudiandus.) moveri tamen concedit illud ipſum, quod in nobis principium motus eſt, & a rebus nos circumſtantibus, & a Deo ipſo, ſicubi divinam poſſimus manuductionem aſſequi. Atque hoc eſſe intellectum noſtrum, qui ſententiis extrinſecus ſibi inſitis reliquam animæ partem moveat, voluntatem ſcilicet & conatum, & quae haec ſequuntur animi commotiones, gaudium internum, non id quod ex ſenſu oritur, & ægritudinem ſimiliter, & ſpem, & metum, & deſiderium, & iram, imo præter hæc etiam imaginationem. Hæc enim ſunt, quae intellectus noſter movet & quibus imperat, extrinſecus ipſe commotus: Haec quoque in nobis eſſe dixerunt Stoici, quippe quae in praecipuæ partis noſtrae nimirum intellectus poteſtate eſſent: ipſe vero intellectus noſter non porro eſt in poteſtate, vel alius noſtrarum facultatum, vel ſui ipſius. Aſt qui fatum tollunt, his rationibus compulſi, confugiunt ad iſtam defenſionem, dicuntque intellectum hunc noſtrum ſub imperio voluntatis eſſe: ſiquidem, ubi illius curam gerere, & exercere illum voluerimus, proficiat. Verum & hoc pro opinione intellectus habendum, quod nimirum is ipſe curandus & exercendus ſit, quae niſi prius in-

γεγονυίας τῷ φρονοῦντι ἡμῶν, οὐδ' αὖ ἐπιμεληθῆναί τε αὐτοῦ οἷοί τε ποτ' εἴημεν βουληθῆναι. ὥστε καὶ οὕτω τὸ φρονοῦν ἡμῶν τὴν βούλησιν ἐφ' ἑαυτὸ κινεῖν, ὑπὸ τῆς τοιαύτης αὐτὸ προτέρου κεκινημένον δόξης· οὔτ' οὖν τὸ αὐτοκίνητον, οὔτε τὰ ἐφ' ἡμῖν, ὀρθῶς λεγόμενα, ἡ εἱμαρμένη ἀναιρεῖ. δηλοῦσι δὲ καὶ οἱ τὰς φωνὰς ταύτας πρῶτοι ὀνομάσαντες, τὴν μὲν Πλάτων, τὴν δὲ οἱ Στωϊκοί· οὐ καὶ τὴν εἱμαρμένην ἀναιροῦντες, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ τιθέμενοι τῇ δόξῃ. οἱ μὲν γὰρ Στωϊκοὶ καὶ προσέτι κελεύονται ἐκεῖνα θαμὰ ἐπάγειν τὰ Ἰαμβεῖα·

Ἄγου δέ μ' ὦ Ζεῦ καὶ σύ γ' ἡ πεπρωμένη,
Ὅποι ποθ' ὑμῖν εἰμὶ διατεταγμένος.

Πρὸς δὲ τούτοις, καὶ φαίνονται ἁπανταχοῦ τὰ δόγματα εἶναι τὰ κινοῦντα ἡμᾶς θρυλοῦντες, καὶ τοῖς μοχθηροῖς μὴ χαλεπαίνειν ἀξιοῦσιν, ἅτε ὑπὸ τῶν δογμάτων ἀναγκαζομένοις κακὰ δρᾶν, καὶ ἄκουσιν ἐξαμαρτάνουσιν. εἰ γὰρ τὰ δόγματα ἡμᾶς κινεῖ, σὺν ἀνάγκῃ δήπου καὶ κινεῖ. καὶ Πλάτων δὲ πανταχοῦ φαίνεται σὺν ἀνάγκῃ τὴν ψυχὴν αἱρεῖσθαι ἅττ' αὖ αἱρεῖται ἀξιῶν. τὰ δὲ ἐν τοῖς μύθοις αὐτοῦ, οὐ χρὴ ὡς δι' ἀκριβείας ἅπαντα λεγόμενα ζητεῖν. ἴδιον γὰρ τοῦτο τῶν μύθων, μὴ ἅπαντα δι' ἀκριβείας λέγειν. οὐδὲν μέντοι ἧττον κἀκεῖ ἐμφαίνεταί τις ἀνάγκη ἑκάστῃ ψυχῶν τῆς τῶν βίων αἱρέσεως. κατὰ συνήθειαν γάρ φησι τοῦ προτέρου βίου καὶ τότε ἑκάστῃ ψυχῇ γίγνεσθαι τὴν αἵρεσιν. εἰ δὲ κατὰ συνήθειαν τοῦ προτέρου βίου, καὶ καθ' εἱρμόν τινα. εἰ δὲ καθ' εἱρμόν, οὐδ' ἄνευ αἰτίας. εἰ δ' οὐκ ἄνευ αἰτίας, καὶ σὺν ἀνάγκῃ. ὁ δὲ ἀπὸ τῶν τῆς μοιχείας θεμάτων τὴν τῆς εἱμαρμένης ἀναίρεσιν ἰσχυριζόμενος, ἅτε

ἀπὸ

ſit intellectui, ne quidem poterimus velle ejus curam gerere: Ut adeo hac quoque ratione intellectus voluntatem ad ſe flectat, ab ejuſmodi opinione ipſe prius commotus. Quare nec motus ſpontaneus, nec quae in noſtra poteſtate ſunt, ſi recte intelligantur, fatum tollunt. Quod & declarant ii, qui his vocibus primo ſunt uſi, illa quidem Plato, hac vero Stoici, dum fatum propterea non tollunt, ſed potius pro certo ponunt. Nam Stoici jubent etiam, illos frequenter adducere Jambos:

Me Juppiter duc, & fati neceſſitas,
Quocunque veſtro deſtinatus numine
Sum.

Praeterea vero manifeſtum eſt, ubique eos in ore gerere, quod opiniones ſint, quae nos moveant: & adverſam fortunam aegre ferri nolunt, ſiquidem ab opinionibus cogamur mala perpetrare, & inviti peccemus. Nam ſi opiniones nos movent, cum neceſſitate utique movent. Platonem quoque apparet ubique ſtatuere, quod anima neceſſario eligat quaecunque eligit. Quae vero in Fabulis ejus reperiuntur, ea quidem non debent omnia tanquam accurate dicta examinari. Eſt enim hoc fabularum proprium, non accurate omnia dicere. Nihilominus & in illis apparet quaedam neceſſitas ſingulas animas ad vitae rationem eligendam adigere. Dicit enim ex conſuetudine prioris vitae tum quoque animam quamlibet eligere. Si vero ex conſuetudine prioris vitae, ſane etiam cum nexu aliquo: ſi vero cum nexu, non ſine cauſa: ſi vero non ſine cauſa, etiam neceſſario. Qui vero ab Horoſcopis adulterorum fatum tollendum eſſe probat, is quidem, cum

ad

Digitized by Google

ἀπὸ δυσχερεστάτων τῶν τοιούτων ὄντων θεωρημάτων ἐπιχειρῶν, καὶ οὐδ' ἂν αὐτὸς κατάγει τὸ εἰκὸς καλῶς κεκρικώς, εἰκότως οὐδ' ἡμῖν πιθανός. ἐκεῖνο μὲν ἐπὶ πᾶσι τούτοις προσθήσομεν, ὡς οὐδὲ τὴν τοῦ θεοῦ πρόγνωσιν συναναιροῦνται τῇ τῆς εἱμαρμένης ἀναιρέσει λόγον, καλῶς λύουσιν οἱ λύειν πειρώμενοι, φάσκοντες τὸν θεὸν ὡρισμένως τὰ ἀόριστα γινώσκειν. εἰ μὲν γὰρ τὸ ἀόριστον σχέσις τις ἦν, οἷόν περ τὸ διπλάσιον, ὃ σχέσις ὄν, τοῦδε μὲν διπλάσιον, ἑτέρου δὲ τὸ αὐτὸ, ἥμισυ ἴσως· εἰκότως ἂν καὶ ἐδόκουν λέγειν τὶ, οἱ οὕτω λέγοντες. ἐπεὶ δὲ εἴπερ τι ἄλλο ἀπόλυτον καὶ τὸ ἀόριστον, παραπλήσιον ἂν εἴη τὸ λεγόμενον ὥσπερ ἂν εἰ τὸν θεὸν ἔφασκον τὸν βοῦν ἄνθρωπον ὄντα γινώσκειν, ἢ τὸν ἄνθρωπον ἀστέρα. ποία οὖν γνῶσις, ἕτερόν τι παρὰ τὸ γινωσκόμενον, ἢ ὅ ἐστι τὸ γινωσκόμενον, γινώσκειν. ἔτι πᾶσιν ὡμολόγηται τοῖς σοφοῖς, τὸν θεὸν ἅπαντα τῷ ποιεῖν γινώσκειν. εἰ οὖν τῷ ποιεῖν ἅπαντα γινώσκει, καὶ ὁρίζοι ἂν δήπου ἅπερ ἂν ποιεῖ τε καὶ γινώσκει, καὶ οὐδὲν ἂν ἀόριστον εἴη, ὧν αὐτὸς εἴτε ἀμέσως, εἴτε διὰ μέσων ποιοῖ τε καὶ γιγνώσκοι. ἅπαντα δ' ἂν, ὁπόσα ἀγαθοῦ ἔχεται, ποιοῖ τε καὶ γιγνώσκοι, εἰ μέλλοι μὴ κόλουρος αὐτοῦ ἥ τε πρόνοια λειφθήσεσθαι καὶ ἡ γνῶσις. τὰ δὲ κακὰ, ἅτε τοῦ ὄντος ὄντα ἀποπτώσεις, οὐδ' ἂν αἰτίας δέοιτο. ὥστ' ἂν ὁ θεὸς, τῷ τῆς ἐς τοὔσχατον προνοίας τε καὶ εἱμαρμένης λόγῳ, τῇ τούτων ἐνέχοιτο αἰτίᾳ. σοὶ τοσαῦθ' ἡμεῖς ἐς τὰ ὑπειρημένα συμβαλλόμεθα, ἱκανὰ δὴ ἀνδρὶ οἵῳ περ σοί.

Digitized by Google

ad ejuſmodi horoſcopos, rem judicatu difficilem, provocet, nec ipſe forte recte judicaverit, nobis etiam merito non eſt audiendus. Illud quoque reliquis omnibus adjiciemus, quod ne quidem hoc argumentum, quo ſimul cum fato providentiam tolli urgemus, bene diſſolvant, qui diſſolvere conantur: cum nimirum dicunt, Deum res indefinitas definite ſcire. Nam ſi notio indefiniti eſſet quædam relatio, ut cum duplex dicimus, quod quoniam relativum eſt, hujus reſpectu duplex, alius vero dimidium forte poteſt eſſe, merito forte viderentur aliquid dixiſſe, qui ita dicunt. Sed quoniam indefinitum, ſi quicquam aliud, abſolutum eſt & liberum, non aliter eſt, ac ſi Deum dixiſſent bovem tanquam hominem cognoſcere, aut hominem tanquam ſtellam. Qualis igitur hæc eſt cognitio, quæ de re cognita aliud quid, quam quod in ipſa eſt, cognoſcit? Præterea omnibus Philoſophis eſt in confeſſo, Deum operando noſſe omnia. Si igitur operando omnia novit, neceſſe eſt etiam definiat, quæcunque fecerit aut cognoverit, adeoque nihil relinquatur indefinitum eorum, quæ ipſe vel immediate vel per media fecerit aut cognoverit. Omnia vero quæ bona ſunt, facere neceſſario debet & noſſe, niſi manca debeat ejus & providentia deprehendi & cognitio. Mala autem, quæ nimirum degenerationes ſunt ab Ente, ne quidem cauſa indigent: ut adeo Deus ne quidem per providentiæ & fati rationem ad extremum perductam, horum cauſæ involvatur. Tantum tibi reſpondemus ad dubia, Viro, qualis tu es, ſuffectura.

ΓΕΩΡΓΙΟΣ Ο ΓΕΜΙΣΤΟΣ ΤΩ ΑΙΔΕΣΙΜΩΤΑΤΩ ΚΑΡΔΙΝΑΛΕΙ ΒΗΣΣΑΡΙΩΝΙ.

Πρὸς τὸ πρῶτον μαρτύριον.

Ἐπειδὴ καὶ μαρτυριῶν δέῃ πρὸς τὰ προγεγραμμένα σοὶ ὑπέρ μὲν τοῦ περὶ τοῦ αὐτοπαραγώγου μοι εἰρημένων, οὐκ ἂν ἔχοιμί σοι μαρτυρίαν δή τινα παρασχέσθαι. οὐ γὰρ οὐδὲ αὐτὸς ὅλῃ γνώμῃ εἴρηκα, ὃ εἴρηκα· ἀλλὰ τοσοῦτον μόνον ἐνδείξασθαι βουλόμενος, ὅτι εἰ οὕτω τιθέμενοι λέγοιεν τὸ αὐτοπαράγωγον, οἱ λέγοντες, οὐκ ἂν δὴ αὐτοὶ αὐτοῖς περιπίπτοιεν.

Πρὸς τὸ δεύτερον μαρτύριον.

Ὑπὲρ δὲ τοῦ μεθεκτοῦ, ὡς πλεοναχῇ λέγεται τὸ μεθεκτὸν, ἀνάγνωθι τὸν Πλάτωνος Παρμενίδην. εὑρήσεις γὰρ ἐκεῖ ἀμφοτέρας τὰς μεθέξεις, ἐν τῇ τῶν τῇδε πρὸς τὰ νοητὰ εἴδη κοινωνίᾳ. καὶ τὴν μὲν ὡς μάλιστα ἀποδοκιμαζομένην, τὴν δὲ ὡς ἥκιστα, τὴν κατ' αἰτίαν δὴ, ἐν οἷς φησι, τὰ μὲν εἴδη ταῦτα ὥσπερ παραδείγματα ἑστάναι ἐν τῇ φύσει, τὰ δὲ ἄλλα τούτοις ἐοικέναι, καὶ εἶναι ὁμοιώματα, καὶ ἡ μέθεξις αὕτη τοῖς ἄλλοις γίγνεσθαι τῶν εἰδῶν οὐκ ἄλλη τις, ἢ εἰκασθῆναι αὐτοῖς. ἐνταῦθα γὰρ κατ' αἰτίαν, καὶ ταύτην τὴν παραδειγματικὴν, καὶ οὐ τὴν κατ' ἐπιπλοκὴν, μέθεξιν καλεῖ.

Πρὸς τὸ τρίτον μαρτύριον.

Περὶ δὲ τῆς τοῦ ὄντος ὁμωνυμίας, μὴ σὲ ταραττέτω, τὸ πῃ τῇδε τοῖς νοητοῖς ὁμώνυμα λέγεσθαι. οὐ γὰρ, εἰ ὁ τῇδε ἄνθρωπος τῷ νοητῷ ὁμώνυμος, καθ' ὃ ἄμφω ἄνθρωπω, ἤδη ἀνάγκη, καὶ ὄντα ὁμώνυμα εἶναι. οὐ γὰρ οὐδὲ εἰ ὁ θαλάττιος κύων τῷ χερσαίῳ ὁμώνυμος, καθὸ κύνε ἄμφω καλεῖσθον, ἤδη καὶ ζώω τούτω ἀλλήλοιν ὁμωνύμω ἐστόν.

Πρὸς

Digitized by Google

GEORGIUS GEMISTUS SUMME REVERENDO CARDINALI BESSARIONI S. D.

Teſtimonia ad Quæſtionem I.

Quandoquidem etiam teſtimoniis eges de iis quæ antea ſcripſi, ſcias licet, me pro iis, quæ de rebus per ſe exſiſtentibus dixi, non poſſe tibi aliquod teſtimonium exhibere. Nec enim ipſe pleno conſenſu dixi, quod dixi; Sed tantummodo volui indicare, quod ſi ita dicant, qui res per ſe exſiſtere dicunt, non ſecum ipſis pugnarent.

Teſtimonia ad Quæſtionem II.

De eo vero, quod Participatum variis dicatur modis, lege Parmenidem Platonis. Ibi enim participationem utroque ſenſu adhibitam reperies, in rerum corporearum cum intelligibilibus ſpeciebus communione: & aliam quidem ſummopere rejectam, aliam vero minime, nempe illam quæ a cauſa proficiſcitur, cum dicit: ſpecies haſce ſicut exemplaria ſtare in rerum natura, reliqua vero iis ſimilia eſſe, & eſſe imagines, & reliquis ſpecierum hanc participationem non aliter contingere, quam ut iis ſimiles fiant. Hic enim participationem vocat, quæ fit ob cauſam, & eam quidem exemplarem, non autem per intimam conjunctionem.

Teſtimonia ad Quæſtionem III.

Sed cum Ens non aequivocatum dixi, ne te turbet, quod res corporeæ intelligibilibus æquivocæ dicantur. Non enim, ſi homo corporeus intelligibili æquivocus eſt, quatenus ambo homines ſunt, ſtatim ſequitur, etiam Entia æquivoca eſſe. Nec enim, ſi canis marinus terreſtri eſt æquivocus, in quantum ambo canes vocantur, ſtatim etiam propterea animalia æquivoca ſunt.

Digitized by Google

Πρὸς τὸ τέταρτον μαρτυρίαι.

Ὑπὲρ δὲ τοῦ τῆς εἱμαρμένης λόγου οὐδεμίαν ἄλλην σοὶ παρέξομαι μαρτυρίαν ἢ τὴν αὐτοῦ Πλάτωνος ἐκείνην, τὴν ἐκ τῆς ἐπινομίδος. ἡ ψυχῆς δὲ ἀνάγκη νοῦν κεκτημένης, ἁπασῶν ἀναγκῶν πολὺ μεγίστη γίγνοιτ' ἄν. ἄρχουσα γάρ, ἀλλ' οὐκ ἀρχομένη νομοθετεῖ. τὸ δὲ ἀμετάστροφον, ὅταν ψυχὴ τὸ ἄριστον κατὰ τὸν ἄριστον βουλεύσηται νοῦν, τέλεον ἐκβαίνει τῷ ὄντι κατὰ νοῦν· καὶ οὐδὲ ἀδάμας ἂν αὐτοῦ κρείττων οὐδὲ ἀμεταστροφώτερος ἄν ποτε γένοιτο. ἀλλ' ὄντως τρεῖς μοῖραι κατέχουσαι φυλάττουσι τέλεον εἶναι, τὸ βελτίστῃ βουλῇ βεβουλευμένον ἑκάστοις θεῶν. οὕτω πολλοῦ δέουσι τῆς Πλάτωνος ἔχεσθαι διανοίας, οἱ τεθηλυμένης ψυχῆς τὴν τῆς εἱμαρμένης εἶναι δόξαν φάσκοντες, ὅτ' ἐκεῖνος τῇ φρονιμωτάτῃ ψυχῇ τὴν μεγίστην ἀναγκῶν ἐπιτίθησιν. ἀλλ' ἴσως οἰηθείη ἄν τις, μὴ καὶ τῇ ἄφρονι ψυχῇ ἀνάγκην αὐτόν τινα ἐπιτιθέναι. ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς τοιαύτης δῆλός ἐστι Πλάτων πανταχοῦ βοῶν τε καὶ διατεινόμενος, ὡς οὐδεὶς ἑκὼν κακός, ἀλλ' ἄκοντες οἱ κακοὶ κακοὶ γίγνονται ἐξαμαρτάνοντες. εἰ δ' ἄκοντες, δηλαδὴ ἅτε καὶ ὑπ' ἀνάγκης τινός. ἐκεῖνο μέντοι μὴ σὲ λανθανέτω, ὃ καὶ τοὺς πολλοὺς λεληθὸς σφόδρα παρέσφηλε· ὡς ἕνα μὲν τρόπον ἀνάγκη λέγεται, καθ' ἣν πᾶν τὸ μὴ ἐνδεχόμενον ἄλλως ἔχειν, ἀναγκαῖον λέγεται· ἕτερον δ' αὖ τρόπον ἰδίως ἀνάγκη ἡ βία, ᾧ τρόπῳ καὶ αὐτὸς Πλάτων χρῆται, ὡς ἐν τῷ Κρατύλῳ· ζώῳ ὁτῳοῦν δεσμός, ὥστε μένειν ὁπουοῦν, πότερος ἰσχυρότερός ἐστιν, ἀνάγκη ἢ ἐπιθυμία; καί φησι, πολὺ διαφέρει, ὦ Σώκρατες, ἐπιθυμία. ἐνταῦθα μὲν ἀνάγκην ἰδίως τὴν βίαν καλεῖ, τὴν δ' ἐπιθυμίαν οὐ δήπου οὐκ ἀναγκαίαν ἡγούμενος, ἔπειτα δεσμὸν τῆς γε ἀνάγκης ἰσχυρότερον τίθεται. πῶς γὰρ ἂν καὶ γένοιτο ὅ, τι οὐκ ἀναγ-

καῖον,

Digitized by Google

Teſtimonia ad Quæſtionem IV.

Pro fati autem ratione nullum aliud tibi exhibebo teſtimonium, quam illud Platonis ipſius, petitum ex Epinomide. Animae, inquit, neceſſitas, quae mentem poſſidet, omnium neceſſitatum eſt maxima: imperans enim, nulli vero parens leges dat. Immutabilitas vero illa, cum anima optimum conſuluerit ſecundum optimam mentem, vere perfecta fit ſecundum mentem, & ne adamas quidem illa fortior fuerit aut magis immutabilis, ſed re vera tria fata efficiunt & præſtant, ut perfectum ſit quod optimo conſilio decretum eſt unicuique Deorum. Quare multum abeſt, ut Platonis ſecuti ſint mentem, qui effœminatæ animæ opinionem dicunt illam de Fato, quoniam is ſapientiſſimæ animæ maximam neceſſitatem imponit. Sed forte quis exiſtimet, animæ irrationali illum non æque imponere quandam neceſſitatem. Sed & de hac manifeſtum eſt Platonem ubique clamare, & contendere, quod nemo voluntario malus ſit, ſed mali inviti mali fiant, dum peccent. Si vero inviti, ſane etiam cum quadam neceſſitate. Illud interim non te lateat, quod multos, qui id ignorant, admodum turbat: quod uno modo neceſſitas dicatur, ſecundum quam omne quod aliter contingere non poteſt, neceſſarium dicitur: alio autem modo neceſſitas proprie dicatur coactio, quo & Plato hac voce utitur. Ut in Cratylo: Quodnam vinculum animali cuicunque fortius eſt, ad manendum quocunque in loco, neceſſitasne an deſiderium? Multum, inquit, O Socrates, praeſtat deſiderium. Hic neceſſitatem proprie vocat coactionem, neque tamen deſiderium negat eſſe neceſſarium, ſed deinde etiam vinculum dicit eſſe neceſſitate fortius. Nam quomodo ſit quicquam non ne-

καῖον, ἀνάγκης ἰσχυρότερον, ἣν οὐδὲ θεούς φασι μάχεσθαι; ἀλλὰ δῆλον, ὡς τὸ ἀνάγκης ἰσχυρότερον πολὺ πρότερον καὶ αὐτῆς ἀναγκαιότερον δεῖ εἶναι. ταύτης δὲ τῆς βιαίου ἀνάγκης τὴν ψυχὴν ἔνιοι ἀπαλλάξαι προθυμούμενοι, συναφαιροῦσιν αὐτῆς καὶ τὴν ἑτέραν καὶ θειοτέραν ἀνάγκην, τὴν ἐν τῷ ἑκουσίῳ τε καὶ κατὰ νοῦν, οὐκ ἐφεστῶτες, ὡς πολὺ πρότερον τἀγαθὸν, σὺν ἀνάγκῃ, ἣν ἂν ἄγοι ψυχὴν, ἄγει, αἴτιον παντὸς αὐτὸ ὂν τὸ κράτιστόν τε καὶ δραστικώτατον, ἀλλὰ λανθάνουσιν αὑτοὺς τῷ μὲν ἀγαθῷ ἀσθένειαν, τῇ δὲ ψυχῇ ματαιότητα προσάπτοντες, εἰ συνιεῖσιν ἐσθ' ὅτε ἀγαθοῦ ὄντος ψυχὴν, καὶ τούτου ἑτέρου ἀμείνονος φαινομένου καὶ μᾶλλον, ἢ τὸ ἄμεινον ἑαυτῇ φαινόμενον αἱρεῖσθαι ἀξιοῦσιν.

Πρὸς χωρίον Πλάτωνος ἐν τῷ η'. τῆς Πολιτ.

Περὶ δὲ τοῦ ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν Πολιτειῶν χωρίου ἀριθμητικοῦ, οὐδέποτε οὔτε ἱκανῶς ἐσκεψάμην, οὔτε ἔχω τί σοι λέγειν, εἰ μὴ ὅσα αὐτοῦ εὔληπτα· ὡς τρεῖς ἀριθμοὺς πυθμένας ὑποτιθέμενος, τοὺς γ. δ. ε. ἀπὸ τούτων πολλαπλασιαζόντων ἑαυτούς τε καὶ ἀλλήλους, δύο ἀναλογίας γίνεσθαι, ἃς ἐκεῖνος ἁρμονίας καλεῖ, τήν τε ἀριθμητικὴν καὶ ἁρμονικήν· καὶ τὴν μὲν ἀριθμητικὴν, πλεοναχῇ, τὴν δὲ ἁρμονικὴν, τοῦ γ. καὶ ε. ἰδίᾳ ἑκατέρου τὸν δ. πολλαπλασιασάντων, καὶ ἔπειτ' ἀλλήλους. ιβ. ιε. κ. τούτων γὰρ τῶν ἀριθμῶν ὁ ιε. τοῦ ιβ. τῷ τετάρτῳ μέρει αὐτοῦ τοῦ ιβ. ὑπερέχων, ὑπὸ τοῦ κ. ὑπερέχεται τῷ αὐτῷ αὖ τετάρτῳ μέρει αὐτοῦ τοῦ κ. ἀπὸ τῶν εἰρημένων πυθμένων καὶ ἑκατὸν τετραγώνους φησὶ γίνεσθαι, οἷς καὶ δύο οὐ τετραγώνους συναποτίκτεσθαι. οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ διαμέτρων ῥητῶν οἱ τετράγωνοί εἰσιν· οἱ δὲ ἀπὸ τῶν ἀρρήτων οἱ οὐ τετράγωνοι, ὡς τὸ διάμετρον τῇ πλευρᾷ ταὐτὸ ἐν ἀριθμῷ δυναμένην.

οἵτι-

ceſſarium fortius neceſſitate, cui, ut ajunt, ne Deus quidem repugnat? Manifeſtum ſane eſt, id quod neceſſitate eſt fortius, multo magis & ipſum debere eſſe neceſſarium. Ab hac igitur violenta neceſſitate dum cupiunt nonnulli liberare animam, exuunt illam ſimul alia illa & magis divina neceſſitate, quae in ſpontaneitate & actione ſecundum mentem eſt poſita. Qui quidem non perpendunt, quod bonum multo magis, quamcunque gubernat animam, cum neceſſitate gubernet, quippe quod inter omnes cauſas eſt fortiſſimum & maxime activum. Sed imprudenter ita bono infirmitatem, animae vero vanitatem tribuunt, ſi animam, quae bonum quodcunque intellexerat, quaeque hoc prae reliquis probaverat, quidvis potius, quam quod optimum viſum erat, electuram ſtatuant.

Ad locum Platonis Polit. VIII. (*p.* 1415. *Edit. Serrani.*)

De loco autem Arithmetico libri VIII. Politicorum nunquam ſum ſatis meditatus, neque quid tibi dicam habeo, niſi quantum ejus facile poteſt intelligi. Scilicet quod tres numeros tanquam radices ponat, 3. 4. & 5. & ab his in ſe ipſos & in ſe invicem ductis, duas analogias producat, quas harmonias nominat ipſe, arithmeticam ſcilicet & harmonicam: Et arithmeticam quidem multifariam, harmonicam vero, dum numeri 3. & 5. ſinguli ducuntur in 4. & deinde in ſe invicem. Horum enim numerorum 15. numerum 12. quarta ipſius parte ſuperans, a numero 20. ſuperatur quarta parte ipſius numeri 20. A jam dictis radicibus centum quadratos dicit generari, cum quibus etiam duo non quadrati ſimul producantur. Nam qui a diametris comparabilibus proficiſcuntur, ſunt quadrati, qui vero a non comparabilibus, non ſunt quadrati, ut diameter lateri qua numeros aequalis ſit.

Qui

τίνες δὲ οὔ; καὶ ὅπως τοῖς ἑκατὸν τετραγώνοις οἱ δύο οὐ τετράγωνοι συναποτίκτονται, ἐμοὶ μὲν οὐδέποτε ἔσκεπταί τι περὶ τούτου, τήν τε δυσχέρειαν φεύγοντι τοῦ θεωρήματος. ὡς καὶ ὁ σοφός μοι Κυδώνιος ἐνεδείξατο, πεπυσμένῳ ποτὲ περὶ αὐτοῦ, ἀποκεκρυμμένος μὲν οὐδέν, σχήματι δὲ μόνον τὴν δυσχέρειαν ἐνδεδειγμένος· καὶ ἅμα τὸ οὐ πάνυ χρήσιμον ὁρῶντι ἐς οὐδὲν μέγα, ἐς δὲ μῦθόν τινα τῷ Πλάτωνι τοῦ τοιούτου θεωρήματος συμβαλλομένου.

Qui vero ſint iſti, & quomodo cum centum quadratis duo non quadrati generentur, de eo quidem nunquam ſum meditatus, quippe qui difficultatem fugi theorematis, quemadmodum & Doctiſſimus Cydonius indicavit, cum id aliquando ab ipſo requirerem, qui nihil quidem me celavit, ſed ſchemate tantum difficultatem oſtendit; praeſertim cum intellexerim quoque, non magnae utilitatis rem eſſe, ſiquidem fabulae tantum loco, theorema hac Platoni inſerviat.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

b. 203

ΜΑΤΘΑΙΟΥ ΤΟΥ ΚΑΜΑΡΙΩΤΟΥ
ΛΟΓΟΙ ΔΥΟ
ΠΡΟΣ ΠΛΗΘΩΝΑ,
ΠΕΡΙ ΕΙΜΑΡΜΕΝΗΣ.

MATTHÆI CAMARIOTAE
ORATIONES II.
IN PLETHONEM,
DE FATO.

Ex Bibliotheca publica Lugduno-Batava nunc primum edidit, & latine reddidit

HERMANNUS SAMUEL REIMARUS,
Hamburgenſis.

Præfationem, in qua de Camariota traditur notitia, præmiſit Vir Celeb.

JO. ALBERTUS FABRICIUS.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud CONRADUM WISHOFF, 1721.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO

S. D.

JO. ALBERTUS FABRICIUS.

Non dubito gratum & jucundum munus offerri eruditis, editione horum de fato libellorum, quos nunquam antea vulgatos prælis, ex codice Voſſiano, quem Bibliotheca inſtructiſſima Leidenſis aſſervat, deſcriptos caſtigatoſque, addita perſpicua accurata atque eleganti verſione latina, in lucem dare inſtituit clariſſimus amicus noſter *Hermannus Samuel Reimarus*, doctrinæ & ingenii laude annos quos habet florentis juventæ ſollerter præcurrens, & hocce ſtudiorum ſuorum ſpecimen, pulchrumque itineris literarii documentum, dum procul a patria peregre abeſt, Patronis & Fautoribus exhibiturus.

Auctor præſentis duplicis opuſculi *Matthæus* eſt *Camariota*, Theſſalonicenſis, circa annum 1430. ac deinceps clarus CPoli, addenduſque innumeris, quos ex omni memoria de eodem argumento ſcriptores con-

geſſit Nobiliſſimus Vir Petrus Fridericus Arpe, in Theatro Fati, ſive notitia ſcriptorum de Providentia, Fortuna & Fato, editæ Roterodami A. 1712. Quamvis autem tam multi variis linguis & ætatibus exſtent, qui fati legem & neceſſitatem editis ſcriptis oppugnaverunt, audeo tamen affirmare, hos Camariotæ etiam libellos nihilominus dignos luce, qua jam donantur & prælo, facileque fore probaturos eruditis lectoribus, & non uno nomine placituros, nec fore quenquam humaniorem, quem eos evolviſſe, aut paucas horas impendiſſe illis pœnitebit.

Vehementiam, acerbitatem, criminationes, quas in adverſaris ſui *Georgii Gemiſti Plethonis* caput congerit Camariota, minime probo, præcipue cum poſſit fieri, ut longe a reducendo Ethniciſmo alienus fuerit Gemiſti animus, licet Platoni ſuo addictior, & in Ariſtotelem Ariſtotelisque defenſores, Gazam, Gennadium Scholarium, qui Præceptore Camariota uſus eſt, aliosque contumelioſus, ſtrenueque & ipſe decertans maledictis ac conviciis, & ſimili armorum genere a Michaele Apoſtolio defenſitatus, ita ut a Beſſarione quoque, licet Gemiſtum ille ut Præceptorem ſuum coleret magnique face-

faceret, monendus fuerit Michael, οὐ λοιδορίαις τοῦ ἀντιδίκου, ἀλλ᾽ ἀποδείξεσι καὶ λογικαῖς ἀνάγκαις τῷ φίλῳ συνηγορητέον, τόν τ᾽ ἐχθρὸν ἀμυντέον, *non conviciis in adverſarium, ſed demonſtrationibus atque neceſſariis argumentis amico ſuppetias ferendas eſſe, vindictamque de inimico ſumendam.*

Utut vero laudem non mereatur illa ſtyli atrocitas, tamen eam in Camariota juvabit cognoſcere exornatam variis ingenii & doctrinæ luminibus, & ea eloquentia expreſſam ac proditam, quæ voluptatem legentibus afferre poſſit, univerſam etiam tractationem ita inſtitutam, ut & argumentum difficile & omnium conſideratione dignum acute illuſtretur, objectionum vis, nova ſæpe & ingenioſa ratione elidatur, hiſtoriæ litterariæ etiam de facie Philoſophicorum ſtudiorum, tempore perituræ Græciæ, & de Viris illa ætate celeberrimis, eorumque inter ſe controverſiis ac diſceptationibus, nova affundatur lux, auctoris denique ingenium, doctrina, animus, minus nota alioqui, jam hac velut in tabula clarius inſpicienda omnibus exhibeantur.

Fortaſſe nulla adhuc alia Camariotæ lucubratio typis excuſa uſquam legitur, quam *lamentatio de capta a Turcis CPoli*, quæ

græce & latine occurrit apud Cruſium in Turco-Græcia p. 176--79. Nam quam ſub illius nomine vulgavit Vir Præſtantiſſimus David Hoeſchelius συνοπτικὴν παράδοσιν τῆς ῥητορικῆς, cujus initium: ῥητορικοῦ λόγου τρία καθέστηκεν εἴδη, eam ſine nomine auctoris exhibent MSti Codices, ut Voſſianus, qui in Bibl. publica Leidenſi exſtat: profiteturque Hoeſchelius ipſe, nomen ſe Camariotæ, ex nuda Maximi Margunii conjectura, ſcripto illi præfixiſſe, quod poſt editionem Græcam Auguſtæ Vindel. 1597. 4. typis exſcriptum, Joannes Scheferus velut incerti recudi curavit cum latina verſione & notis. Hamb. 1675. 8. adjunctum Lectionum Academicarum libro, ſive animadverſionibus in varios ſcriptores latinos. Dubitat igitur de Margunii conjectura, nedum novum ullum produxit argumentum, quo ſynopſis illa Rhetorica Camariotæ tanquam auctori certò vindicaretur. Præterea Lambecius Lib. VII. de Bibl. Vindobonenſi p. 406. teſtatur, diverſam ab edita Synopſin Rhetorices Hermogenianæ, occurrere manu exaratam in Codice Cæſareo, quem p. 182. ejuſdem Voluminis memoraverat, illamque Matthæi Camariotæ eſſe hoc initio: ῥητορική ἐστι δύναμις τεχνική, quæ ipſa occurrit etiam

in

in Bibl. Bodlejana. Neſcio diverſane fuerit ab hac, Camariotæ Epitome progymnaſmatum Rhetoricæ, quam memorat Philippus Labbeus in Bibliotheca nova MSS. p. 109. Verba tamen Maximi Margunii, quibus editam ſynopſin ad Camariotam tanquam auctorem refert, apponere eſt pretium operæ, quoniam de Viro illo teſtimonium haud contemnendum complectuntur. Sic itaque ille in litteris ad Hoeſchelium: *Οἶμαι δὲ Ματθαίου εἶναι τοῦ Καμαριώτου τὸ σύγγραμμα, ἀνδρὸς τά τε ἄλλα εὐσεβοῦς καὶ περὶ λόγους οὐκ ἀγεννοῦς· προσπεφοιτηκέναι δὲ τούτῳ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ Γεννάδιος ὁ Σχολάριος, ὁ μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Κωνσταντινουπόλεως τῆς αὐτῆς τοὺς οἴακας καταπιστευθείς, ἀκμάσαντι μὲν πρὸ τῆς ἁλώσεως, ὀλίγον δὲ ὕστερον ταύτης ἀπολιπόντι τὸν βίον. Scriptio, ut videtur, Matthæi Camariotæ eſt, Viri pii & eruditi ac diſerti. Ejus ſcholas inter alios frequentavit Gennadius Scholarius, qui poſt captum Byzantium ejuſdem urbis gubernacula ſibi concredita ſuſtinuit. Matthæus ante excidium floruit, ſed paulo poſt excidium diem obiit.* Quoniam CPoli docuit, hinc patria CPolitanum facit Theodoſius Zygomala in Epiſtola ad Martinum Cruſium p. 90. Turco-Græciæ: *ἤκουσας ἀπὸ τῆς ἐπιστολῆς ἧς προέγραψά σοι*

[illegible] Ματ-

Ματθαίου τοῦ Καμαριώτου, οὗ ἡ πατρὶς ἦν ἡ νῦν ἀθλία Κωνσταντινούπολις, ὃς καὶ ἔζη ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις τῆς ἁλώσεως, ὃς ἐχρημάτισε διδάσκαλος Μανουὴλ Κορινθίου. *Intellexiſti ex epiſtola de qua ſupra ſcripſi Matthæi Camariotæ, cui patria erat noſtra nunc miſera Conſtantinopolis, qui etiam diebus illis expugnationis vixit, & præceptor fuit Manuelis Corinthii.* Sed verius eſt, patria Theſſalonicenſem fuiſſe, ut ex codice MS. commentariorum Camariotæ *in Syneſii Epiſtolas*, qui fuit apud Joannem Zygomalam, notavit Leo Allatius diatriba de Georgiis p. 398. Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου Ματθαίου τοῦ Καμαριώτου ἐξήγησις εἰς τὰς ἐπιστολὰς Συνεσίου τοῦ σοφωτάτου καὶ θεοφιλεστάτου, γεγραμμένη οἰκείᾳ χειρὶ τοῦ Καμαριώτου. καὶ ἔτι βραχὺ ὑπόμνημα εἰς τὸν αὐτὸν Καμαριώτην, ὅτι ἀπὸ Θεσσαλονίκης ὁρμώμενος καὶ φιλόσοφος ὢν ἦλθεν ὧδε εἰς Κωνσταντινούπολιν ἐν ταῖς ἐσχάτοις δυστυχέσι χρόνοις τῶν βασιλέων τῶν Παλαιολόγων, καὶ ὑπομείνας Γενναδίου τοῦ Σχολαρίου καὶ ἄλλων τινῶν ἀρχόντων περὶ τὰ μέσα τῆς βασιλείας τοῦ Σουλτάνου Μουράτη. *Doctiſſimi & eruditiſſimi Matthæi Camariotæ expoſitio in ſapientiſſimi & reverendiſſimi Syneſii epiſtolas manu ipſius ſcripta. Præterea commentariolum in eundem Camariotam, quomodo patria*

Theſ-

Theſſalonicenſis, profeſſione Philoſophus, huc Conſtantinopolin venerit ultimis Imperatorum Palæologorum miſeris temporibus, & hic poſt urbem amiſſam ſubſtiterit, poſtquam Scholarii, qui poſtea Patriarcha fuit Gennadius, & quorundam aliorum Optimatum, circa medium regni Sultani Amuratæ, præceptor fuiſſet. Habuit etiam Henricus Savilius hujus Camariotæ *Encomium in tres Hierarchas*, Baſilium, Nazianzenum & Chryſoſtomum, ſed inter plura, quæ ad manus erant, ſimilis argumenti ſcripta, edere in ſuo Chryſoſtomo omiſit. Incipit: εἴπερ ἄλλο τι τοῖς τȣ̃ λόγȣ θεραπευταῖς ϗ̀ λόγοις ἐγκωμίων προσῆκον, & memoratur etiam ab Allatio p. 382. ſeq. laudatæ de Georgiis diatribæ, ubi notat, per errorem in quibuſdam Catalogis & notitiis pro Matthæo vocari Georgium Camariotam, quanquam fuit etiam Georgius quidam Camariota antiquior, Γεώργιος καθηγȣ́μενος τῆς μονῆς τȣ̃ ἀκαταλήπτȣ Σωτῆρος τῆς κατὰ τὴν Κάμαριν, qui interfuit Synodo CPol. ſub Alexio Comneno, cujus decretum refert eruditiſſ. Montfauconus in Bibl. Coiſliniana. p. 105.

Erunt bene multi, qui Gemiſti Plethonis ſcriptum de fato, quod a Camariota oppugnatur, adjunctum hujus libellis duobus

fuiſſe peroptabunt, atque inter illos nomen ipſe libenter profitetor meum, præcipue cum in Gabrielis Naudæi pentade quæſtionum iatrophilologicarum, quæſt. V. de fato & fatali termino p. 160. videam Plethonis lucubrationem laudari *mira brevitate circumſcriptam, & prodituram aliquando Allatii beneficio*. Sed cum hæc Naudæus jam ſcripſerit A. 1632. & Allatius quidem in diatriba de Georgiis A. 1651. edita, & nuper tomo decimo Bibliothecæ meæ Græcæ cum notis meis ac ſupplementis recuſa, in qua de Plethonis ſcriptis fuſe diſſeritur, p. 387. teſtetur, ſe Plethonis epiſtolam περὶ εἱμαρμένης *de fato* ad Demetrium Palæologum Porphyrogennetam aſſervare deſcriptam ex Codice Bibl. Clericorum Regularium ad ædem SS. Apoſtolorum Neapoli, tamen neque illam unquam in lucem produxit, neque vulgavit priora capita libri primi operis Plethonis περὶ νομοθεσίας, quæ in Bibl. Barberina idem Allatius evolvit, & in Cæſarea exſtare teſtis eſt Lambecius L. VII. p. 175. in quibus caput ſextum tractat de fato: Expectandum igitur eſt, donec dies & occaſio illa ſcripta præſtantiſſimo Reimaro offerant, quæ ille pro ſuo in haſce literas amore ſuaque eruditione Lectori non invidebit

Digitized by Google

debit, ſed pulchre expolita dabit omnibus evolvenda. Quod ſupereſt, voveo ut hoc quod in Camariotæ libellis jam feliciter poſuit ſtudium, auſpicatum ipſi ſit & felix, certique pignoris loco de multis egregiis, quæ ab ejus virtute doctrina & ingenio, Eccleſia & orbis litteratus, ac ſpeciatim patria, jure quodam ſuo exſpectat, & non vana ſpe ſibi promittit. Vale. Hamburgi Prid. Iduum April. Anni CIↃ IↃCC XXI.

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO

S. D.

HERMANNUS SAM. REIMARUS.

Cum gravis ſemper viſa eſt antiquis & perdifficilis eſſe quæſtio de fato & neceſſitate, tum noſtris temporibus, exſtincto licet Ethniciſmo, minime exiſtimari debet indigna. Habet enim arctiſſimam, cum maximi momenti argumentis, de providentia, juſtitia, gratiaque divina, fortuna, caſu, libero hominis arbitrio, virtutibus, vitiis, præmiis denique & pœnis divinis humaniſque ſocietatem. In quibus, cum quædam ſemper nova poſſint ſoleantque dici a Viris Eruditis, nec veritatem pœniteat varia ratione confirmatam legiſſe a multis, Camariotæ *etiam* de fato libelli, *poſt innumeros alios aliorum, videbantur mereri lucem. Hominis certe ingenioſi, & non indiſerti, atque in diſputando admodum accurati: quique, ſi communia fere iſti ævo vitia excipias, ſtyli nempe impuritates nonnullas, ubertatem nimiam verborum, & longiores anfractus orationis, paucis forte eſt inter ce-*

teros.

Digitized by Google

teros poſthabendus. Quem adeo credidi ab oblivione & ſilentio vindicandum eſſe, cum præſertim nihil propemodum ejus habeamus hactenus typis exſcriptum, & controverſia illa cum Plethone celebris admodum fuerit ſæculo XV. Neque me deterruit, quod Plethonis ipſius de fato opuſculum nondum eſſet ad manus, quoniam ſcriptoris mira brevitate celebrati argumenta tam multa videbam afferri a Camariota, ut pauca crederem ſuperfutura, vel hæc ſaltem interea ſatisfactura Lectori, dum ſpes eſt, Plethonem ex Angliæ codicibus propediem addendi. Debes autem has Camariotæ Orationes liberalitati Illuſtriſſimorum & Nobiliſſimorum hujus Academiæ Curatorum, qui mihi veniam inſpiciendi Bibliothecam publicam benevole conceſſerunt, accedente etiam Viri Cl. Senguerdii Bibliothecæ hujus Præfecti, ſumma humanitate & prolixa in me voluntate: Quibus adeo omnibus maximas hoc nomine gratias publice perſolvo. De ipſa Camariotæ editione nihil habeo quod moneam, niſi quod in Catalogo Bibliothecæ Lugd. B. duplex memoretur Camariotæ codex, cum unicus tantum adſit, ſed is tamen ſic ſatis accuratus, ut exigua tantum hinc inde caſtigatione eguerit.

 rit.

rit. Ipſius itaque Camariotæ verba fideliter curavimus exprimi; verum quas additas reperi in margine notas, vel ſenſum obſcurum voce una alterave illuſtrantes, vel argumenta debiliora novis rationibus copioſius confirmantes, illas quidem de induſtria omiſi, multo minus credidi in textum inſerendas: partim quod facile appareret, non eſſe ipſius Camariotæ, ſed diſcipuli forte cujuſdam, partim quod non ejus viderentur momenti, ut iis vel augere vel adulterare Auctorem eſſet opus. Cæterum cum neceſſariam crederem & non injucundam fore notitiam præmiſſam de ſcriptore paucis cognito, Teque, B. L. putarem eandem a nemine lubentius traditam velle, quam a Viro in his literis ſummo Jo. Alberto Fabricio, *petii ab eodem, ut libellum hunc ſua de hoc argumento præfatione exornaret. Quam Is, quo eſt in hæc ſtudia amore, & qua fuit ſemper in me benevolentia, haud invitus eſt largitus: Unde quæ de me dicta ſunt uberius, non alIorſum accipies, quam ut Ipſius in me favoris documentum eſſe arbitreris. Vale. Lugdui Batav. Idib. Maj. A.* CIↃ IↃCC XXI.

Scia-

Sciagraphia argumentorum Plethonis, & Camariotæ ad ea reſponſionum.

ORATIO I.

CAM. Procemium invectivum in Pleth. impietatem & ethnicismum. p. 3--9.

PL. *Definita ſunt omnia: Nam ſi non eſſent, ſequeretur, vel fieri aliquid abſque cauſa, vel cauſam aliquam non neceſſario agere.* p. 9--11.

CAM. 1. Pletho refutationem moleſte non feret, nam fato eam fieri ſtatuet. p. 11. 13.

2. Ipſum ſe tollit fatum, ſi utrumque fati eſt, & ut eſſe, & ut non eſſe demonſtretur. p. 13.

3. Pl. nihil dicit aliud, quam: ſi non definita ſunt omnia, non ſunt: ſi carent cauſa, carent cauſa. p. 13--19.

4. Mutat ſtatum controverſiæ. Vult enim oſtendere, futura eſſe definita, ſed oſtendit, præſentia eſſe. p. 19--23.

5. Non eſt fatum, nec definit quicquam, quoniam nulla cauſarum notio in fatum convenit. p. 25--29.

PL. *Conſtituta ſunt omnia a Jove, ut fieri per illa potuit. Solus vero Jupiter definitus non eſt, & maximam tamen ſuſtinet neceſſitatem.* p. 29.

CAM. 1. Vanitas Jovis oſtenditur. p. 29. 31.

2. Si definitæ ſunt res, ut fieri per illas potuit, conſtitutio rerum non pendet unice a Jove. p. 31. 33.

3. Nec Jupiter eſt ex neceſſitate, nec neceſſitas ex Jove, nec utrumque ex alio, ergo nulla eſt neceſſitas. p. 35. 37.

PL. *Definita ſunt omnia, quoniam Dii nequeunt mutare conſilia.* p. 37.

CAM. 1. Conceditur, non enim ſunt, quod oſtenditur ex notione perfectionis, infinitatis & bonitatis. p. 37--43.

2. Fal-

Digitized by Google

2. Falſa eſt hypotheſis, quod idem ſit noſſe futura & efficere p. 43--49.

3. Mutationes ſunt in rebus, non in Deo. p. 49. 51.

4. Sequetur, nec preces nec ſacrificia offerenda Deo eſſe. p. 51. 53.

PL. *Qui fatum tollunt, providentiam Diis adimunt, vel pejorum eos auctores faciunt.* p. 53.

CAM. 1. Sequitur potius: ſi fatum eſt, providentiam non eſſe. p. 55--59.

2. Sequeretur etiam, nec bonos eſſe nec potentes Deos, niſi per fatum. p. 59. 61.

PL. *Niſi definita eſſent omnia, ne præſciri quidem poſſent.* p. 61.

CAM. 1. Falſum hoc eſſe oſtenditur. p. 63. 65.

2. Demonſtratur, eſſe cauſas ſecundas, & Deum modo incomprehenſo cum iis concurrere. p. 65--81.

3. Homines etiam multa præſciunt, neque tamen definiunt. p. 81--87.

PL. *Aliter præſciri res a Diis non poſſunt, niſi ut vel diſponant illas; vel ab illis diſponantur. Sed hoc abſurdum. Ergo.* p. 87.

CAM. 1. Pletho potius ipſe alibi patientes & ſervientes inducit Deos. p. 87. 89.

2. Modus præſcientiæ a Plethone deſcriptus eſt abſurdus, verus autem capi nequit. p. 89--95.

PL. *Ut ſciat Deus futura, non debet ſolum cauſa eorum eſſe; ſed & definita.* p. 95.

CAM. Sunt res contingentes, ſed hæc cognitionem Dei non efficiunt contingentem, quemadmodum nec definita cognitio, futura reddit definita. p. 95--99.

PL. *Multi, quæ prædidicerant ſibi eventura, vitare non potuerunt, vel propterea in ea inciderunt, quod vitare ſunt conati.* p. 99.

CAM. 1. Concluditur a ſingulari ad univerſale. p. 101--105.

2. Contraria exempla e Platone urgentur. p. 105--109.

3. Cauſa cur vitare quidam præfinita non potuerint. p. 109--113.

ORA-

Digitized by Google

ORATIO II.

CAM. Huic anſam dedere dubia, quæ ſibi movet Pl. p. 115--121.
PL. Objectio duplex. *Si definita ſunt omnia, nec liberi erunt homines, nec puniri poterunt a Deo.* p. 121.
CAM. Urgeri etiam poteſt 1. quod fatum providentiæ & bonitati divinæ adverſetur. p. 121--125.
2. ἀργὸς λόγος, ignava ratio. p. 125. 127.
PL. Reſpondet (*a*) *Homines liberi ſunt, dum habent intra ſe principatum, ſcilicet mentem.* p. 129.
CAM. Confirmat & explanat pluribus. p. 129--133.
PL. (*b*) *Ipſa tamen mens paret, nam ſequitur res externas.* p 133.
CAM. 1. Res externas homini imperare abſurdum eſt. p. 133--141.
2. Totus mundus hominis cauſa productus. p. 141--147.
3. Rebus externis quomodo uti debeat homo. p. 147--157.
PL. (*c*) *Si Libertas vocetur non neceſſitas, neceſſitas erit ſervitus, & ſumma neceſſitas alium requiret dominum, quod ſeriem infinitam producet.* p. 159.
CAM. 1. Luditur ambiguitate vocum: neceſſitas & ſervitus. 159--167.
2. Non alii homines liberi ſunt, alii ſervi, quæ Plethonis ſententia eſt, ſed æque omnes liberi & ſervi. p. 167--170.
PL. (*d*) *Si libertas ex eo definiatur, num quis impediatur aut non impediatur vivere ut vult, volet autem quilibet felix eſſe, felices erunt liberi, infelices ſervi. Infelix autem nemo niſi per malitiam, ſed nolet quis infelix eſſe, ergo inviti erunt infelices & mali.* p. 171.
CAM. Vario modo ſibi contradicit Pletho. p. 171--177.
PL. (*e*) *Si quis ex eo definiat libertatem, num quis imperio jubſit, an minus, nemo præter Jovem liber erit.* p. 179.
CAM. 1. PL. non pertexit contrapoſitum ſchema, nam quid ſeruitus ſit oſtendit, non vero quid libertas. p. 179--183.
2. Sibi contradicit vario modo. p. 183--189.

Digitized by Google

3. Confirmat dubium, & omnes ſervos eſſe demonſtrat. p. 189--193.

PL. (*f*) *Pœna injuſta non ſunt. Homo enim non poterat non peccare, qui caducus eſt, pœna autem corrigunt vitioſitatem, ergo nihil addunt mali, ſed juvant.* p. 193--195.

CAM. 1. Oſtenditur injuſtas eſſe ratione Dei, & malas ratione hominum. p. 195.--201.

2. Homines non peccare invitos. p. 201--207.

3. Deus quare ad tempus & in æternum puniat. p. 207--211.

ἀνακεφαλαίωσις omnium argumentorum. p. 211--247.

Epilogus de impietate Plethonis, & Chriſtianæ religionis veritate. 219-- ad fin.

MAT-

ΜΑΤΘΑΙΟΥ ΤΟΥ ΚΑΜΑΡΙΩΤΟΥ

ΠΡΟΣ

ΠΛΗΘΩΝΑ,

ΠΕΡΙ ΕΙΜΑΡΜΕΝΗΣ,

ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

MATTHAEI CAMARIOTAE

ORATIO I.

IN PLETHONEM,

DE FATO.

Digitized by Google

ΜΑΤΘΑΙΟΥ ΤΟΥ ΚΑΜΑΡΙΩΤΟΥ

ΠΡΟΣ

ΠΛΗΘΩΝΑ,

ΠΕΡΙ ΕΙΜΑΡΜΕΝΗΣ,

ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

Πλήθων ὁ ἄθεος, ἐπὶ φιλοσοφίᾳ, εἴπερ τις τῶν πώποτε ἀναξίως μέγα πεφρονηκὼς, καὶ τῷ προσέχοντι τῆς ἐν αὐτῷ δοκούσης σοφίας οὐ δεόντως χρησάμενος· οὐ γὰρ ἐπ' ὠφελείᾳ, οὔθ' ἑαυτοῦ οὔτε τοῦ ἄλλου, ἐπὶ βλάβῃ μὲν οὖν ἑαυτοῦ τε καὶ εἴ τις αὐτῷ προσέχειν αἱροῖτο, φαίνεται κεχρημένος. τὴν μὲν σοφίαν, ἀγαθὸν οὖσαν θεῖον, τοσοῦτον ἀπέσχε τετιμηκέναι, ὥστε καὶ κακίας ἐν ἑαυτῷ πεποίηκεν ὄργανον. τὸν δὲ καὶ τοῦ εἶναι καὶ τοῦ εὖ εἶναι τοῖς οὖσι, καὶ παντὸς ἀγαθοῦ αἴτιόν τε καὶ χορηγὸν, τοσοῦτον αὖ ἐδέησεν ἐγνωκέναι, ὥστε καὶ ἀπέστη μὲν αὐτοῦ, ἑτέροις δὲ, ὧν αὐτὸς ἐκ νέου ποιητὴς καὶ δημιουργὸς, προσανέθετο· τὴν παλαιὰν ἑλλήνων βδελυγμίαν ἀνακινῶν, καὶ τὴν ὑπ' ἐκείνων ἀθεωτάτως τοῖς οὖσιν ὑφισαμένην θεοπλασίαν ἀνακαινίζων· τοῦ μὲν γὰρ παναγίου πνεύματος χάριτος ἑκὼν ἑαυτὸν ἀπαλλοτριῶν, πονηρῶν δὲ πνευμάτων πεπληρωκὼς τὴν ψυχὴν, καὶ λεγεῶνα ὅλον εἰς αὐτὴν εἰσαγηοχώς· ὑφ' ὧν, ὡς εἰκὸς, καὶ Πλήθων, ἑλληνικώτερον δῆθεν, ἐκ Γεμιστοῦ, τὴν ἀρχὴν ὀνομασθῆναι δεδίδακται, ἃ δὴ καὶ Δία καὶ εἱμαρμένην καὶ θεῶν δῆμον αὐτοῖς ἀνακηρύττειν καὶ ἐδίδαξε καὶ ἀνέπεισε, γλώττῃ δὲ μᾶλλον

αὐτὰ

Digitized by Google

MATTHÆI CAMARIOTAE
ORATIO I.
IN PLETHONEM, DE FATO.

Pletho atheus ille, Philoſophia, ſi quis unquam, elatus præter meritum, atque abundanti, qua pollere ſibi videtur, ſapientia indigno prorſus modo uſus: quippe quam nec in ſui, nec alius cujuſquam emolumentum, in propriam potius, & eorum, qui forte illum ſequi voluerint, perniciem, adhibuiſſe manifeſtum eſt: Is inquam ſapientiam, divinum profecto beneficium, adeo non habuit in pretio, ut eandem etiam malitiae in ſemet ipſo inſtrumentum effecerit: Illum certe, à quo rebus omnibus & eſſe, & bene eſſe, bona denique omnia proficiſcuntur & liberaliter ſuppeditantur, ut agnoverit, tantum abeſt; ut & defecerit ab eodem, & aliis, quos ipſe de novo finxit & fabricatus eſt, ſeſe adjunxerit: excitato rurſus vetери illo Græcorum flagitio, renovatiſque, quos irreligioſe rerum univerſitati præficiebant iſti, commentitiis Diis. Proinde à ſanctiſſimi Spiritus gratia volens ſemet abalienavit, malis vero geniis refertſit animum, integramque in eundem legionem induxit: à quibus primo quidem, ut opinor, pro Gemiſto, Pletho græce magis nominari, fuit edoctus: quique illi, ut Jovem, & fatum, & turbam quandam prædicaret Deorum, magiſtri ſuaſoreſque

ſato & Jove tributa eſſet, imo nec eſſe ipſum. Nam ſi poteſtas non ab his, multo minus eſſe, quandoquidem fieri non poteſt, ut quicquam à propria poteſtate ſecernatur. Oportuit enim prius eſſe quid, quam poteſtatem haberet, neque poteſtas abſque eo, qui poteſtatem poſſidet, habet locum. Quodſi igitur poteſtatis cauſa abs te non refertur ad Jovem & fatum, ſiquidem ordinatas dicis eſſe res, ut fieri per has ipſas potuit, ne eſſentiæ quidem cauſa erunt. Quodſi non eſt, qui cauſa ſint, quod definitæ ſint res, & quod certo id factum ſit modo? An vero non à ſe ipſis habere res hanc poteſtatem, ſumes? At ita non ut fieri per has ipſas potuit, definitæ ſunt, ſed ut voluit, qui & eſſe & poteſtatem ipſis dedit. Qui ſi quis alius eſt præter Jovem & fatum, hic ipſe illis cauſa erit, cur definitæ ſint & ordinatæ, atque adeo vanum erit, ut profecto eſt, fati Joviſque nomen. Si vero non alius dedit poteſtatem, cauſa tibi omnium Rex Jupiter non bonorum modo, ſed & malorum efficietur. Quin horum forte eo magis, quo magis peſſimorum facinorum, pæderaſtiæ, cædis, ſcortationis, adulterii, aliorumque multorum ſimilium autor & architectus, & colentibus illum præceptor eſt. Aut quidni actus ejus æmulentur, qui habent in honore? Nam quod magni facimus, id omne æmulamur: quod qui non faciunt, quomodo in honore habebunt? Sane temperantiores ſuo erunt DEO, quales cum ſint, nihil agunt aliud, quam ut perditiſſimæ illum damnent laſciviæ & incontinentiæ. Ut adeo & qui illum colunt, alia via ſummam ipſi adſpergant ignominiam imprudentes. Jovem ergo & fatum dum inducis, Pletho, qua tu conditione inducis, contra-

 rium

Digitized by Google

μηδόλως αὐτὰ τὸ παράπαν εἶναί τι, ὡς δὴ οὐδ' ἔστιν ἀληθῶς, ἢ μὴ πάντα ὑπ' αὐτῶν ὡρίσθαι τε καὶ τετάχθαι· τὸ σὸν δὴ τοῦτο κατὰ σὲ εἰπεῖν. εἶεν. τὴν δὲ δὴ μεγίστην πασῶν ἀνάγκην καὶ κρατίστην, αὐτὴν δι' αὑτὴν οὖσαν ἀνάγκην, οὐ δι' ἕτερον, πῶς ὁ Ζεὺς αὐτὸς κέκτηται; ὡς αἴτιος αὐτὸς αὐτῆς ἑαυτῷ, ἢ τὸ ἀνάπαλιν· ἢ οὐδέτερον, ἀλλ' ἑκάτερον δι' ἕτερον; οὐ γὰρ δὴ ἐξ ἀλλήλων ἔσται· ἄμφω γὰρ ἂν ἀνυπόστατα εἴη. ἐπεὶ μὴ πέφυκέ τι, τὸ αὐτὸ πρὸς τὸ αὐτὸ, αἴτιόν τε ἅμα καὶ αἰτιατὸν εἶναι. ἀλλ' εἰ μὲν τῆς ἀνάγκης αὐτὸς αἴτιος, ἢ καὶ ἀμφοῖν ἕτερον· ἥτε μεγίστη πασῶν ἀνάγκη οὐ δι' αὐτὴν, ἀλλὰ δι' ὅ ἐστι πάντως, ὅ, τε Ζεύς σοι· ἀφύκτου ἀνάγκης καὶ δουλείας αὐθαιρέτου αἴτιος ἑαυτῷ, εἰ καὶ δουλείαν ἀνάγκης αὐτὸς ἀποδιαιρεῖς. εἰ δὲ διὰ τὴν ἀνάγκην ὁ Ζεὺς, ἐπαληθεύσει τὸ ποιητικόν· ἀνάγκη καὶ θεοὶ δοῦλοι. καὶ δοῦλος αὖθις ἔσται τῆς ἀνάγκης ὁ Ζεύς. τὸ δὲ δοῦλον εἶναι, οὐ θεόν ἐστιν εἶναι· οὐ γὰρ ἀπαθές. ὃ δὲ μὴ ἀπαθὲς, πῶς θεός; ἀλλ' οὐδὲ κρείττων ἔσται ἢ ὥστε ὡρίσθαι. ἀνάγκη γὰρ ἡ καὶ αὐτὸν ὁρίζουσα δήπουθεν, εἰ καὶ κατὰ μηδὲν ἄλλο, κατά γε τὸ ὑπ' αὐτὴν εἶναι, καὶ δοῦλον αὐτῆς εἶναι. τούτου δ' ὄντος, οὐδ' ἡ ἀνάγκη τῷ Διῒ, τῆς μὴ ἀνάγκης, ἀμείνων· εἰ μὴ καὶ τὸ δοῦλον εἶναι ἄμεινον, τοῦ μὴ δοῦλον εἶναι· ὃ εἰ καὶ ἐπ' ἄλλων, ἀλλ' οὔτοι καὶ ἐπὶ Διὸς ἀξιώσειε Πλήθων, θεὸν αὐτὸν θεῶν, καὶ δεσπότην πάντων τιθέμενος. ἴσως δὲ δὴ καὶ ἡ ἄφυκτος αὐτὸν ἀνάγκη, τοῖς παντοίοις τῶν πα-

θῶν

Digitized by Google

rium ejus, quod vis, oſtendis; ut jam vel nihil omnino ſint, ut profecto nec ſunt, vel non omnia ab ipſis definita ſint & ordinata: hæc enim tibi erudit, vel ex iis quæ dixiſti, admittenda. Eſto. Sed maximam omnium & fortiſſimam neceſſitatem, quæ ipſa per ſe neceſſitas eſt, non per aliud quicquam, quomodo ſuſtinet ipſe Jupiter? An, ut ipſe illam ſibi impoſuerit, an contra, ut illa ſe Jovi. Aut neutrumne horum placet, ſed utrumvis ex alio eſſe? Nec enim ex ſe invicem potuere naſci, cum ſic ambo ſuſtinerentur à nemine. Fieri enim non poteſt, ut idem ejuſdem ſimul cauſa ſit & effectus. Si jam neceſſitatis hujus cauſa eſt ipſe Jupiter, vel utriuſque aliud quiddam, efficitur, & maximum omnium neceſſitatem, non per ſe ipſam, ſed omninó per quod eſt, eſſe: & Jovem ineluctabilem ſibi neceſſitatem ac voluntariam ſervitutem contraxiſſe, quanquam tu quidem ſervitutem à neceſſitate diſtinguis. Vel ſi Jupiter à neceſſitate eſt, decantato illi Poetarum effato ſua conſtabit veritas, neceſſitati Deos quoque ſervire, & rurſus Jupiter fati imperio ſubjicietur. Verum eſt ex repugnantibus hæc conjunctio, ſervum eſſe, & Deum eſſe: Nec enim à patiendo liber eſſet. At patientem Deum intelligere qui poſſumus? Sed ne potior quidem foret quam ut definiri potuerit, neceſſitas enim de illo debet ſtatuiſſe, ſi alia nulla in re, ſaltem ut ſibi ſubjiciatur & ſerviat. Quodſi ita eſt, neque neceſſitate Jovi melius quam libertate conſulitur; niſi forte ſervum eſſe præſtat, quam non eſſe, quod, etiamſi de aliis, de Jove certe dictum nolet Pletho, qui eundem Deum Deorum & Dominum omnium ſtatuerat. At illa credo ineluctabilis neceſſitas in

θεῶν μεταβάλλειν εἴδεσιν εἰς μοιχείας [illegible], καὶ παιδοφθορίας, καὶ τοιαῦτ' ἄττα ἃ οὐδ' ἀνδραπόδῳ, μὴ ὅτι πάνυ τοι ἀγεννεῖ, ἑκὼν ἂν εἶναί τις προσάψειεν. καὶ μὴν καὶ ἡ ἀνάγκη, τοῦ ἀναγκάζοντός τε καὶ ἐν τῷ ἠναγκασμένῳ ἐστιν. τὸ δὲ τοιοῦτον οὐ καθ' αὑτὸ ἀλλὰ δι' ἕτερον, τὸ δὲ μὴ καθ' αὑτὸ ἀλλὰ δι' ἕτερον, πῶς τῶν καθ' αὑτὸ ὄντων δραστικόν τε καὶ αἴτιον, τὸ τόδε τι μὴ ὄν, τῶν τόδε τι ὄντων; καὶ περὶ μὲν τούτων ἀρκείτω τοσαῦτα, ὃ δ' ἐν τοῖς ἄνω παρήκαμεν ἀνεξέταστον, τοῦτο νῦν ἐπισκεψώμεθα. φησὶ γάρ· „πολὺ δ' ἔτι „μᾶλλον ἀδύνατον, εἰ τοὺς θεοὺς τις λέγοι μεταβάλ„λεσθαι περὶ τὰ σφίσιν ὑπὲρ τῶν μελλόντων ἐγνωσμένα, „καὶ ἕτερ' ἄττα παρ' ἃ ἐμέλλησαν ἀποτελεῖν· εἴτε ὑπ' „ἀνθρώπων λιταῖς, ἢ τισι δώροις παραπειθομένους εἴτε „δὴ καὶ ἄλλως γέ πως αὐτὸ πάσχοντας. περὶ μὲν δὴ τῆς ἀληθοῦς ἀμεταβλησίας τοῦ θείου, οὐδὲν κοινὸν ἡμῖν τε καὶ Πλήθωνι. τί γὰρ κοινὸν τοῖς τὸν ἀληθῆ προσκυνοῦσι θεόν, καὶ τῷ ταῖς ματαίαις προσανέχοντι καὶ μὴ οὔσαις; ἣν δὲ Πλήθων τῶν αὐτοῦ θεῶν ἀμεταβλησίαν φησί, καὶ ἡμεῖς αὐτῷ καθ' ἕτερόν τινα συνομολογήσαμεν τρόπον, καὶ ἐροῦμεν, περὶ τοῦ ὄντας μηδεμίαν αὐτοὺς ὑπομένειν μεταβολήν. οὔτε γὰρ ὅλως εἶναι, οὔτε μεταβάλλεσθαι· ὄντων γὰρ τὸ μεταβάλλειν, ἀλλ' οὐ μὴ ὄντων· τότε δὲ μεταβαλεῖν ἂν ἀληθῶς, ὅτε καὶ γένοιντο, καὶ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραχθεῖεν. τοῦτο δὲ ἀμήχανον, ἢ οὐκ ἂν θεοὶ εἶεν πως οἵγε μὴ ἀεὶ ὄντες εἰσὶν; οὐκ ἄρα. οὐδὲ μεταβολὴν ἂν οὐδεμίαν δέξαιντό πως οἵγε μὴ ὄντες. ὅτι δὲ οὐκ εἰσί, καὶ ἀθεότητος Πλήθων, τοὺς μὴ ὄντας εἶναι τιθέμενος, δῆλον ἐντεῦθεν. τέλειος ὁ θεός, καὶ ὑπερτελής, ὡς πάσης τελειότητος ὑπεριδρυμένος·

omnis cum generis flagitia conjecit, ad adulteria compellens & pæderaſtiam, aliaque id genus, quæ ne quidem mancipio non prorſus illiberali lubens quis adſcripſerit. Rurſum neceſſitas cogentis eſt, & in illo, qui cogitur, cujuſmodi quid non per ſe eſt, ſed per aliud. At, quod per ſe non eſt, ſed per aliud, quomodo, quæ per ſe ſunt, definiret & efficeret, id, quod naturam non habet, ea, quæ habent? Sed hæc hactenus: jam illud, quod ſupra abſque diſquiſitione prætermiſimus, expendamus. „ Multo, inquit, minus fieri po„ teſt, ut quis Deos mutare dicat conſilia, in iis, „ quæ ſemel de futuris decreverunt, aut quædam „ præter ea, quæ erant in animo, perficere: ſeu „ precibus hominum illectos, ſeu donis quibuſdam, „ ſeu alia denique ratione inductos. De vera quidem immutabilitate Dei nobis cum Plethone prorſus non convenit. Nam qui conveniret verum adorantibus Deum, cum eo, qui vanis adhæreret, nullamque naturam habentibus Numinibus? At ſi Pletho ſuorum quandam Deorum commemorat immutabilitatem, nos quoque habebit alia ratione conſentientes. Dicemus enim, prorſus illos ſuſtinere nullam circa res mutationem: nam nec eſſe omnino, nec mutari, ſiquidem mutatio non cadit niſi in ea quæ ſunt: tum demum autem vere poſſe mutari, cum extiterint, & ex nihilo protrahantur in lucem. Sed aut fieri hoc non poteſt, aut certe Dii non ſunt, qui non ſemper fuerunt. Quare qui non ſunt, neque mutationem ſubibunt. Aſt, quod non ſint, quodque vehementer irreligioſus Pletho ſit, dum eos, qui non ſunt, eſſe dicit: inde manifeſtum fiet. Perfectus eſt Deus, imo maxime

μένος παρ' οὗ καὶ τοῖς τελείοις ἅπασι τὸ εἶναι τελείοις, καὶ τοῖς πλήρεσι τὸ πλήρεσιν εἶναι, καὶ τοῖς δυναμένοις, τὸ δύνασθαι. καὶ οὐκ ἂν οὔτε κατ' οὐσίαν ἐλλείποιτο, οὔτε κατὰ δύναμιν οὔτε κατ' ἐνέργειαν. τὸ γὰρ κατά τι τούτων ἐνδεὲς ἔχον, οὐ τέλειον. οὐ προσισταμένων ἡμῖν οὐδὲν τῶν περὶ τὰς ὑποστάσεις ἰδιοτήτων, ὡς ἡμεῖς τὸ θεῖον πρεσβεύομεν ἀληθῶς. Τέλειος μὲν ὤν, οὐκ ἂν πληθύναιτο. ἐκσταίη γὰρ ἂν τῆς οἰκείας ἁπλότητος. πᾶν γὰρ τὸ πληθυνόμενον, ᾗ πληθύνεται, οὐχ ἁπλοῦν. διαφορᾷ γάρ τινι πληθύνεται. τὸ δὲ διαφορᾷ πληθυνόμενον, οὐχ ἁπλοῦν. ἀλλ' οὐδὲ τέλειον. ᾗ γὰρ ἄλλου διαφέρει, ταύτῃ ἂν ἐκείνου ἐλλιπέστερον εἴη. οὓς δὲ Πλήθων εἰσάγει θεούς, διαφορᾷ τινὶ πάντως ἕτεροι ἀλλήλων ἔσονται. διαφορὰ δὲ τῆς ἁπλότητος καὶ τελειότητος ἀναιρετικόν. διαφέροιεν ἂν οὖν ἀλλήλων καὶ οὐσίᾳ καὶ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ. ἄλλος οὖν ἄλλου ἐλλιπέστερος ἂν εἴη, καὶ πάντες πάντων, καὶ ἑπομένως καὶ ἀτελεῖς. τὸ δὲ ἀτελές, οὐ θεός. οὓς ἄρα Πλήθων εἰσάγει θεούς, οὐ θεοί. εἰ δὲ μὴ διαφέρουσιν ἀλλήλων, οὐκ ἂν εἶεν πολλοί. ἅπαν γὰρ πλῆθος, ἀνάγκη καὶ διαφορὰν εἶναι. διαφορᾶς δὲ μὴ οὔσης, πλῆθος οὐκ ἔσται, τί οὖν ἵνα Πλήθων ἀφεὶς τὸν ἀληθῆ δοξάζειν θεόν, πλῆθος εἰσάγει θεῶν, οὓς αὐτό γε τοῦτο τὸ πλῆθος οὐ θεοὺς ἀποδείκνυσιν. ἔτι τὸ θεῖον ἄπειρον, κατά τε οὐσίαν καὶ δύναμιν καὶ ἐνέργειαν, μᾶλλον δὲ ὑπεράπειρον. πάσης οὖν οὐσίας καὶ δυνάμεως καὶ ἐνεργείας περιληπτικόν, ὡς πάσης οὐσίας καὶ δυνάμεως καὶ ἐνεργείας ὑπερανῳκισμένον. καὶ οὐκ ἂν εἴη τι ἔξω τῆς αὐτοῦ οὐσίας καὶ δυνάμεως καὶ ἐνεργείας· οὐδ' αὐ-

τὸ

perfectus. Qui nimirum ſuperet omnem perfectionem: cui perfecta omnia debeant perfectionem, plena plenitudinem, vim quæ vi ſunt prædita: cui nihil ad eſſentiam conſummatam, nihil ad vim, nihil ad efficaciam deſit. Nam quod harum aliqua mancum eſt, ne perfectum quidem: nihilque nobis obſtant ſingularum rerum proprietates, quemadmodum nos Deum ſe habere vere docemus. Perfectus igitur cum ſit, multiplicari non poteſt. Recederet enim à propria ſimplicitate. Nam multiplex omne, qua multiplex eſt, ſimplicitate caret, quoniam varietate quadam multiplicari neceſſe eſt. Sed, quod varietate multiplex eſt, ſimplex non eſt; Imo nec perfectum. Nam qua parte ab alio differt, ea mancum erit. Atqui Pletho quos inducit Deos, varietate quadam diverſos eſſe invicem neceſſe eſt: tollit autem varietas ſimplicitatem & perfectionem: Different ergo invicem & eſſentia & vi & efficacia. Proinde alii deerit, quod eſt in alio, & ſingulis, quod in univerſis. Unde & mancos eſſe efficitur. Sed mancum nihil Deus eſt. Dii ergo non ſunt, quos Pletho inducit. Quodſi differe neget, multi non erunt: ſiquidem cum omni multitudine varietas quædam conjuncta eſt, quæ ubi non eſt, ibi nec multitudo erit. Quid eſt igitur, cur uni veroque DEO gloriam Pletho deneget, multitudinem vero inducat Deorum, quos illa ipſa multitudo Deos non eſſe demonſtrat? Porro infinitus eſt Deus & eſſentia & vi & efficacia; quin maxime infinitus. Omnem igitur eſſentiam vim & efficaciam in ſe cohibet, quia ſupra omnem eſſentiam vim atque efficaciam eſt collocatus: nec quicquam extra has ejus virtutes eſſe poterit; ne illud quidem ipſum, quod

extra

Digitized by Google

τοῦ τὸ ἔξω. πάντα γὰρ καὶ ἐξ αὐτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ. τὸ δὲ κυρίως ἄπειρον, οὐκ ἂν πληθύνοιτο, ἢ οὐκ ἂν ἄπειρον εἴη. οὐ γὰρ κυρίως ἀπείρου ἔξω ἔσται οὐδέν. εἰ γὰρ καὶ ἀριθμὸς καὶ μέγεθος ἄπειρον· ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ κυρίως, ἀλλά πῃ. εἰ οὖν πληθύνοιτο τὸ θεῖον, κἂν περαίνοιτο. διαφορᾷ γὰρ ἂν δήπου πληθύνοιτο. περαινόμενον δὲ οὐ περιλήψεται πάντα, οὗ γὰρ περαίνει, ἐκεῖ ἔσται τι ἔξω αὐτοῦ. καὶ πάντα δὲ περιλαμβάνον, οὐ πάντῃ πάντων διοίσει. εἰ γὰρ καὶ κατὰ μηδὲν ἄλλο, κατά γε τὸ περαίνεσθαι, ἀδιαφόρως ἕξει πρὸς πάντα. τὸ δὲ τοιοῦτον, ἓν τῶν πάντων. τὸ δὲ τῶν πάντων ἕν, οὐ θεός. οὐκ ἄρα οὖν πληθύνοιτο τὸ θεῖον. εἰ δὲ πληθύνοιτο, οὐκ ἂν θεὸς εἴη, ἐπεὶ πολλὰ εἶναι τὰ κυρίως καὶ ἁπλῶς ἄπειρα, οὐκ ἐνδέχεται. ἀλλ' ἓν ἐξ ἀνάγκης τὸ κυρίως ἄπειρον, καὶ ἑπομένως τὸ θεῖον. ὁ θεῖος οὖν Πλήθων, οὐχ ἕνα θεὸν, ἀλλὰ πλῆθυν δοξάζει θεῶν, οἷς πολλοῖς οὖσιν, οὐ μέτεστι τοῦ ἀπείρου, καίτοι οὐδὲν τοῦ ἀπείρου σημαινομένου, ὥσπερ ἐπὶ θεοῦ λέγεται. μὴ μετὸν δὲ μηδαμῶς αὐτοῖς τοῦ ἀπείρου, οὐδὲ τοῦ θεοῖς εἶναι μετέσται, οὔθ' ὁμοῦ πᾶσιν οὔθ' ἑκάστῳ ἰδίᾳ. εἰ δ' ἑνὶ ὑπάρχει ἡ ἀπειρία, μᾶλλον δὲ, εἰ ἓν εἴη τὸ ἄπειρον, οὕτω γὰρ βέλτιον λέγειν, ἐκεῖνο ἂν εἴη θεός. καὶ μάτην λοιπὸν πολλοὺς ἐπιφημίζει Πλήθων θεούς. καὶ μὴν καὶ ἀγαθὸς ὁ θεὸς, καὶ ἄκρως ἀγαθός· παρ' οὗ πάντα, καὶ οὗ ἐφίεται πάντα, καὶ εἰς ὃν ἐπιστέστραπται πάντα, τὰ ὄντα τῷ εἶναι, τὰ αἰσθανόμενα τῷ αἰσθάνεσθαι, τῷ νοεῖν τὰ νοοῦντα, ἁπλῶς ἕκαστον τῷ εἶναι, καὶ ὡς ἔχει τὸ εἶναι. ἄκρως δὲ

ἀγαθὸν

Digitized by Google

extra eſt, quandoquidem omnia ex ipſo, per ipſum, & in ipſo ſunt. Jam quod proprie infinitum eſt, aut multiplicari non poteſt, aut certe infinitum non eſt: ſiquidem nihil extra illud eſſe poterit. Et licet etiam numerus & magnitudo infinita ſint, tamen non prorſus, nec proprie ſunt, ſed aliquo modo. Quare, ſi multiplex Deus, etiam finitus: varietate enim multiplicabitur. Finitus vero ſi ſit, non complectetur omnia: ubi enim finitur, ibi quiddam extra ipſum erit. Quod vero non omnia complectitur, id nec omnibus omnino antecellet: nam ſi alia quadam in re, illa certe nihil præſtabit reliquis omnibus, ut limitibus circumſcribatur. Sed ejuſmodi quid hujus univerſi pars eſt, & quod pars eſt hujus univerſi, Deus non eſt. Non ergo ſimul multiplicari poteſt Deus, & Deus eſſe. Nam fieri nequit, ut multa ſint proprie & plane infinita, ſed unum eſt neceſſario proprie infinitum, adeoque Deus. Atheus igitur eſt Pletho, qui non unum Deum, ſed multitudinem prædicet Deorum, qui multi cum ſint, de infinitate nihil participabunt, illo in ſignificatu infiniti, qui de Deo dici ſoleat. Sed infinitatem dum prorſus non participant, neque naturam participabunt divinam vel univerſi vel ſinguli. Quodſi autem in uno inſit infinitio, vel potius, ſi unus ſit infinitus, nam ſic loqui præſtat, hic ipſe Deus foret, & vel ſic fruſtra multos Pletho laudaret Deos. Porro bonus eſt Deus, quin ſumme bonus, à quo ſunt omnia, quem deſiderant omnia, ad quem convertuntur omnia, eſſentia quæ ſunt, ſentientia ſenſibus, ratione utentia ratione, intelligentia intellectu, generatim ſingula eo quod ſint, & quod illo quo ſunt, modo ſint. Jam vero

F ſum-

ἀγαθὸν τὸ ἁπλῶς ἀγαθὸν, οὐ τὸ πῇ· οὔτε γὰρ τὸ ποιόν τι, οὔτε τὸ ἐπί τι, οὔτε τὸ ποτὲ, οὐδ' ὅλως τῶν τοιούτων οὐδὲν ἁπλῶς οὐδὲ κυρίως ἀγαθόν. τὸ δὲ τοιοῦτον, ἓν ἀνάγκη καὶ αὐτὸ εἶναι. εἰ γὰρ εἴη πολλὰ, διαφορᾷ τινι πολλὰ ἔσται. μὴ διαφέροντα γὰρ, ἓν ἀλλ' οὐ πολλά. ὃ δὲ ἀγαθὸν ἀγαθοῦ διαφορᾷ ἐστιν ἀγαθὸν, οὐχ ἁπλῶς ἀγαθὸν, ἀλλὰ πῇ ἀγαθόν. τῷ δὲ πῇ ἀγαθῷ οὐ προσήκει εἶναι θεῷ. οὐ γὰρ ταὐτὸ ἔχων, οὗ ἂν ἐφίοιντο πάντα. οὓς οὖν Πλήθων εἰσάγει θεοὺς, καὶ δοθέντος εἶναί τι, καὶ ἀγαθοὺς εἶναι, ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς ἂν εἶεν ἀγαθοί. διαφορᾷ γὰρ ἔσονται ἀγαθοὶ, καθ' ἣν καὶ πολλοί εἰσι [illegible] μὴ ἁπλῶς δὲ ὄντες ἀγαθοὶ, οὐδὲ ἀγαθοί· οὐδὲ θεοὶ ἂν εἶεν. οὐδεὶς γὰρ ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ θεός. οὓς οὖν θεοὺς εἰσάγει Πλήθων, οὐ θεοὶ, κἂν εἴ τι τῶν ὄντων ὅλως εἶναι δοθείη. εἷς μὲν δὴ θεὸς ὁ ἀληθὴς κατὰ τὴν ἡμετέραν δύναμιν, ἱκανῶς ἡμῖν ἐκ τῶν λόγων τῶνδε ἀποδεδείχθω· τέλειος, ὑπερτελής· ἀγαθὸς, ὑπεράγαθος· παντοδύναμος, ἀπειροδύναμος· ἄτρεπτος, ἀεὶ ὡσαύτως ἔχων. τὸ δ' ἄτρεπτον, εἰ καὶ ἀμετάβλητον ὡς ἔχει καταθεασόμεθα. ὅτι μὲν οὖν ταὐτὸν οἴεται Πλήθων ἐπὶ θεοῦ, τό τε γινώσκειν τὰ μέλλοντα, καὶ τὸ ἀποτελεῖν αὐτὰ, δῆλον. φησὶ γὰρ πολὺ δ' ἔτι μᾶλλον ἀδύνατον, εἴ τινας θεούς τις λέγοι μεταβάλλεσθαι περὶ τὰ σφίσιν ὑπὲρ τῶν μελλόντων ἐγνωσμένα, καὶ ἕτερ' ἄττα, παρ' ἃ ἐμέλλησαν ἀποτελεῖν. ὅτι δὲ οὐ ταὐτόν ἐστι, μηδ' [illegible] θεοῦ

γνω-

ſumme bonum illud eſt, quod prorſus bonum eſt, non quod aliquo modo. quoniam nihil, quod tantum ergà aliquid, vel ad aliquid, vel aliquando, vel alia ſimili ratione bonum eſt, prorſus & proprie bonum dici poterit. Sed hujuſmodi quid unum eſſe neceſſe eſt. Nam ſi in plura divideretur, varietate quadam divideretur. Quæ enim non differunt, unum ſunt, non plura. At quod ita bonum eſt, ut ſimul ab aliis bonis differat, non eſt prorſus, ſed aliqua tantum ex parte bonum. Sed ei, quod ex parte tantum bonum eſt, non convenit eſſe Deo; quoniam non erit illud ipſum, cujus teneantur omnia deſiderio. Proinde quos introducit Pletho Deos, illi, ſi vel concedantur eſſe, & boni eſſe, prorſus tamen boni eſſe nequeunt, quoniam cum varietate boni erunt, ſecundum quam & multi ſunt. Sed prorſus boni dum non ſunt, nec boni erunt, nec Dii. Nemo enim bonus eſt præter unum illum Deum. Dii ergo non ſunt, quos inducit Pletho, ne ſi dederit quidem aliquis, habere illos omnino cum aliis naturam. Unus ergo verus Deus, quantum fieri potuit, affatim nobis his rationibus maneat oſtenſus: Perfectus, ſumme perfectus, bonus, ſumme bonus, abſoluta infinitaque potentia, immutabilis, eodemque ſemper ſe habens modo. Jam vero, quæ ratio ſit conſtantiæ & immutabilitatis, penitius conſideremus. Etenim quod idem in Deo putet Pletho eſſe, & cognoſcere futura, & perficere, manifeſtum eſt. Nam multo, inquit, minus fieri poteſt, ut quis Deos mutare dicat conſilia in iis, quæ ſemel de futuris decreverunt, aut quædam præter ea, quæ habebant in animo, perficere. Quod vero non redeant hæc eodem, hunc in modum poterit doceri. Dei nimi-

Digitized by Google

γνῶσις οὐ κατὰ τὴν ἡμετέραν ἐστί τε καὶ λέγεται γνῶσιν. οὐ γὰρ τῷ δεκτικὸν εἶναι γινώσκει ὁ Θεός. οὐ γὰρ ἂν πρὸς τῷ μὴ ἁπάσης εἶναι, καὶ τῆς ἐναντίας δεκτικὸς ἂν ἦν, τῆς ἀγνωσίας. ἀλλὰ κατά τινα τρόπον ὑψηλότερόν τε καὶ θεῖον, καὶ ἡμῖν ἄῤῥητον, καὶ γνώσει οὐ περιληπτόν. τοσοῦτον μέντοι ληπτόν ἐστιν ἡμῖν, ὡς τῇ ἀγαθότητι τοῦ Θεοῦ καὶ τῇ ἀπειρίᾳ, καὶ ἡ γνῶσις συνεπεκτείνεται· καὶ ὡς οὐκ ἂν τῆς ἀπειρίας ἢ τῆς ἀγαθότητος ἐφικοίμεθα, οὕτως οὐδὲ τῆς γνώσεως. οὐκ ἂν οὖν ἔχοιμεν, τί τε καὶ ὡς ἕκαστον ἐστι τούτων, εἰπεῖν· ἀλλὰ τὸ εἶναι μόνον κατανοοῦντες, τὸ τί καὶ πῶς εἶναι, οὐδὲ πολυπραγμονοῦμεν. ἀφίχητα γὰρ ἀνερευνῶντες ἐσόμεθα, καὶ γραφὴν ἀσεβείας διώκοι ἄν τις καὶ δικαίως ἡμᾶς, τὰ τὴν ἡμετέραν ὑπερβαίνοντα δύναμιν, καὶ ὅπερ οὐκ ἐφεῖται, ὑψηλότερα γάρ σου φησὶ μὴ ἐρεύνα, ταῦτα δὴ καὶ ὅλως ἀνιχνεύειν τολμῶντας. ἄπειρος οὖν ἡ τοῦ Θεοῦ γνῶσις, καὶ ἀόριστος, ὡς οὕτως εἰπεῖν· ὡς ὑπὲρ πᾶν πέρας, καὶ ὑπὲρ πάντα ὅρον· καὶ περατοῦσα τὰ περατούμενα, καὶ ὁρίζουσα τὰ πεφυκότα ὁρίζεσθαι· μᾶλλον δὲ ὑπεράπειρός τε καὶ ὑπεραόριστος, ὡς πᾶσαν ἀπειρίαν ὑπερβαίνουσα, καὶ πᾶσαν ἀοριστίαν, καὶ οὐκ ἂν δέοιτο οὐδενὸς χρόνου, οὐχ ὅτι πρὸς τὸ γινώσκειν, ἀλλ᾽ οὐδὲ πρὸς τὸ ποιεῖν. ὅθεν οὐδὲ μέλλον οὐδὲν παρ᾽ αὐτῷ, ἀλλ᾽ ἐνεστῶτα πάντα, καὶ ὑπὲρ τὸ ἐνεστός· οὐδὲ πρόγνωσις παρ᾽ αὐτῷ, ἀλλὰ γνῶσις ἁπλῶς, καὶ ὑπὲρ γνῶσιν. μέλλον δὲ καὶ πρόγνωσις, πρὸς ἡμᾶς τε καὶ τὰ ὑπὸ τὴν ἡμετέραν πίπτοντα γνῶσιν, οἵπερ καὶ ἐν χρόνῳ ἐσμέν,

καὶ

Digitized by Google

rum cognitio non eadem, qua noſtra ſe habet dicitur ve ratione. Nec enim cognoſcit propterea, quod capax ſit. Ita enim non ſolum non omnis forte ſcientiæ, ſed & contrarii capax foret, inſcientiæ ſcilicet. Sed intelligit Deus modo quodam altiori & divino, quem nec verbis aſſequi, nec animo comprehendere poſſumus. Tantum capimus, quod cognitio divina non intra bonitatem ſit aut infinitatem, quodque ut bonitatem & infinitatem, ita nec cognitionem Dei attingere mente poſſimus. Proinde neque habemus, quid ſit & quale horum quodque, dicere; ſed perſpicientes quod ſit, quid & quale ſit nolumus vana curioſitate ſcrutari. Nam ea indagaremus, quæ conſequi non poſſumus, & merito quis nobis ſcriberet impietatis dicam, quod ea quæ vim noſtram ſuperant, quæque affectaſſe nefas eſt, ſiquidem altiora te rimari proverbium vetat, illa inquam vel inveſtigare auſi eſſemus. Infinita ergo eſt, & ut ita loquar, nullo modo definita cognitio divina: quæ nimirum omnem finem omnemque terminum excedit, ipſa vero limites imponit finitis, & quæ definiri poſſunt, definit. Quin auguſtior adhuc, quam infinita aut prorſus non definita debet haberi, quia ſpeciem omnem infiniti nulliſque circumſcripti limitibus ſupergreditur, neque tempore indiget ullo, non ſolum ad cognoſcendum, ſed ne ad agendum quidem. Unde neque futurum quicquam eſt apud Deum, ſed præſentia omnia, & magis quam præſentia, neque ſcientia antegreſſa, ſed cognitio ſimplex, quin altius quid cognitione. Futurum autem & cognitio antecedens reſpectu noſtri dicuntur, & eorum, quæ ſciri a nobis poſſunt, qui ſcilicet & in tempore vivimus, &

Digitized by Google

καὶ φύσει χρόνῳ, [illegible] [illegible], ἀεὶ μένων οὐκ οὐδὲν
οὐδὲ πρόγνωσις [illegible] τῷ Θεῷ. ἢ πῶς ἂν ὁ ἐν χρόνῳ γινώσ-
κοι τὸ ὑπὲρ χρόνον, πῶς δὲ ὁ ἐν χρόνῳ ποιεῖ τὸ χρόνου
ποιητικόν; εἰ δὲ ἢ μᾶλλον ἐπὶ τῆς θείας γνώσεως ἐστὶν
ὅτε καὶ πρόγνωσις εὐσεβῶς λέγεται, ἀλλ' ἐκ τοῦ καθ'
ἡμᾶς ταῦτα, καὶ πρὸς τοὺς καθ' ἡμᾶς· ἐπείπερ ἀμήχα-
νον, ἀνθρώπους ἀνθρώποις ἄλλως διαλεχθῆναι, μὴ ἐκ
τοῦ καθ' ἡμᾶς πρὸς τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς ἀνατεινομένους καὶ ἀνα-
τείνοντας. ἄπειρος οὖν ἡ τοῦ Θεοῦ γνῶσις, ὡς εἴρηται, καὶ
ἄπειρος οὐχ ἑαυτῷ, ἀλλ' ἡμῖν· καὶ οὐχ ἡμῖν μόνον,
ἀλλὰ καὶ πάσαις ταῖς νοεραῖς τε καὶ ἀγγελικαῖς φύσε-
σιν. εἰ οὖν ταυτὸν εἴη τὸ γινώσκειν τῷ ποιεῖν, συνεκτείνοιτ'
ἂν τῇ γνώσει ἡ ποίησις. ἄπειρος δὲ ἡ γνῶσις. ἄπειρος
ἄρα καὶ ἡ ποίησις. ἀλλ' οὐκ ἄπειρος ἡ ποίησις. τὰ γὰρ
ὄντα πεπέρασται. οὐκ ἄρα ταυτὸν ἐπὶ Θεοῦ γνῶσις καὶ ποί-
ησις. εἰ δὲ φαίη τις, ἀπείρως ἔχειν ἐπὶ Θεοῦ καὶ τὴν ποίη-
σιν, εἰ καὶ τὰ ὄντα πεπέρασται, ἄλλης οὗτος θεωρίας
ὁ λόγος, καὶ οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, ὅσα γε ἐν τῷ παρόντι,
τὰ ὄντα ὡς ἔχει λογιζομένους. ἔτι εἰ ταυτὸν ἐπὶ Θεοῦ γνῶσις
καὶ ποίησις, γίνεται δὲ ἐν τῷ παντὶ, οὐ μόνον τέλεια,
ἀλλὰ πολλὰ καὶ ἀτελῆ, κἂν ἡ τοῦ Θεοῦ γνῶσις ἀτελὴς εἴη·
ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ ποίησις. ἀλλ' ἄτοπον, ἀναιρεῖται γὰρ
οὕτω τοῦ Θεοῦ τὸ τέλειόν τε καὶ παντοδύναμον· καὶ μὴν
καὶ τὸ ἀγαθόν. τὸ γὰρ ἀτελὲς οὐκ ἐν τῇ τοῦ ἀγαθοῦ

μοίρᾳ

& abſque tempore ne moveri quidem poſſemus. Nihil ergo eſt futurum, nulla notitia præcurrens apud Deum: aut qui tandem poſſet ille in tempore noſſe, quæ tempus excedunt, vel quomodo in tempore produceret illa ipſa, quæ tempus efficiunt? Si quando autem futurum & cognitio antegreſſa caſte tribuuntur cognitioni divinæ, dicitur id more humano, & ad homines: quoniam fieri nequit, ut aliter cogitationes homini homo ſignificet, cum nos quidem à rebus humanis, ad ea quæ ſupra nos ſunt, evehi aut nos erigere non poſſimus. Infinita ergo eſt, ut diximus, nulliſque circumſcripta limitibus cognitio divina; non quidem ſibimet ipſi, verum nobis: & non nobis ſolum, ſed omnibus etiam intelligenti & angelica præditis natura. Quod ſi itaque idem eſſet in Deo, noſſe & facere, ſane quorſum cognitio, eodem & efficientia porrigeretur. Atqui infinita eſt cognitio. Infinita ergo & efficientia. Sed efficientia infinita non eſt, quoniam rerum natura ſuis coercetur terminis. Ergo non idem ſunt in Deo noſſe & operari. Si quis autem infinitam illam eſſe in Deo efficientiam dixerit, utut rerum natura finita ſit, illa quidem ratio hujus loci non erit, nihilque faciet ad iſtud, quod in manibus habemus, argumentum, dum res ipſas quales ſunt conſideramus. Præterea, ſi unum eſt apud Deum, noſſe & efficere, atque in rerum natura fiunt non perfecta ſolum, ſed & imperfecta multa, efficitur, etiam cognitionem divinam imperfectam eſſe, juxta & efficientiam. Sed hoc eſt abſurdum. Tollitur enim hac ratione perfectio Dei & abſoluta potentia. Quin & bonitas tollitur: ſiquidem imperfecta quæ ſunt, nullam habent cum bono ſocietatem,

μοῖρα. τὰ γὰρ ἄλλα παρίημι, ὅσαπερ ὁρῶμεν ἐν τῷ κόσμῳ γινόμενα, ἅπερ εἰ μὲν οὐ γινώσκει θεὸς, ἔσται τινὰ τῶν αὐτοῦ διαφεύγοντα γνῶσιν. εἰ δὲ γινώσκει, ταυτὸν δὲ τὸ γινώσκειν τῷ ἀποτελεῖν, ὡς βούλεται Πλήθων, οὐκ ἀγαθῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ μὴ ἀγαθῶν αἴτιος ὁ θεός. τρέποιτο δ' ἐς κεφαλὴν ἡ βλασφημία τοῦ τῶν λόγων τῶνδε αἰτίου. οὐκ ἀληθὲς ταὐτὸν ἐπὶ θεοῦ τὸ γινώσκειν τῷ ποιεῖν, ἀλλ' ἐπιπλέον θάτερον τοῦ ἑτέρου, τὸ γινώσκειν τοῦ ποιεῖν. ὃ μὲν γὰρ ποιεῖ, καὶ γινώσκει, οὐχ ὃ δὲ γινώσκει, πάντως καὶ ποιεῖ. γινώσκει γοῦν καὶ τὰ ἐφ' ἡμῖν, οὐ ποιεῖ δὲ, ἢ οὐκέτι λοιπὸν ἔσται τὸ ἐφ' ἡμῖν. εἰ γὰρ καὶ τούτων αὐτὸς αἴτιος, πῶς τὸ ἐφ' ἡμῖν; πῶς δὲ ὅλως ἀρετὴ καὶ κακία; οὐ γὰρ ἔχοντες ταύτης οὐδέτερον ἂν ἔχοιμεν, ἀλλ' ἀναγκαίως ὑπὸ βίας ἀγόμενοι ἐξωτέρου. ἄτοπον δὲ καὶ τὸ τὴν ἐν τοῖς γινομένοις μεταβολὴν ἐπὶ τὸν τῶν ὅλων ἀναφέρειν δημιουργὸν, καὶ συμμεταβάλλεσθαι αὐτὸν νομίζειν τοῖς πράγμασιν. ἢ οὕτω ἐναλλαττόμενα, πάντων ἀναγκαίως αἰτιᾶσθαι τὸ ποιοῦν, καὶ τὴν τῆς ἐνδεχομένης φύσιν ἐκ μέσου ποιεῖν, ἀνατιθέντα πάντα Διῒ καὶ εἱμαρμένῃ καὶ θεοῖς, οἷς μέχρι τοῦ ὀνόματος ψιλοῦ τὸ θεοῖς εἶναι, πλὴν ὅσον ἔδοξε Πλήθωνι. μένει γὰρ ὁ θεὸς ἐπὶ τῆς ἀμεταβλησίας τε καὶ ἁπλότητος, καὶ τὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχων, καὶ γινώσκων ἀρρήτως ὡς γίνεται ἕκαστα. μεταβάλλει δὲ τὰ πράγματα παντοίως, αὐτὰ πάσχοντα, ἃ πάθος οὐδὲν ἐμποιοῦντα τῷ δημιουργῷ θεῷ. ὡς καὶ ὁ ἥλιος ἁπλῇ τῇ ἰδίᾳ μόνῃ ἁπλότητι τὴν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἀπείρους διαφόρους ἐνεργείας τε καὶ πάθη ἀποτελεῖ.

Digitized by Google

tatem. Nam quæ fieri alia in mundo videmus, præterea. Quæ ſi ignorat Deus, erunt nonnulla, quæ ejus cognitionem fugiant; ſi autem novit, noſſe vero & perficere eodem redeunt apud Deum, ut Plethoni placet, non bonorum modo, ſed & malorum cauſa Deus erit: Quæ quidem calumnia recidat in caput iſtius, qui rationes haſce commentus eſt. Non igitur promiſcua ſunt in Deo, noſſe & efficere, ſed alterum altero latius patet, notitia ſcilicet effectione. Quicquid ergo facit, id omne novit; non autem, quod novit, id omnino facit. Novit enim & illa, quæ ſita ſunt in nobis, ſed non efficit, vel non amplius quicquam eſſe in nobis ſtatuendum eſt. Nam ſi horum etiam cauſa Deo tribuenda, quid fiet de omni hoc, quod in noſtra poteſtate eſt, quid de virtute quoque omni ac vitio? Nam ad neutrum ſponte ferremur, ſed ad alterutrum eorum vi quadam raperemur & neceſſitate. Præterea ineptum eſt, mutationes, quæ rebus accidunt, ad mundi opificem referre velle, vel eandem exiſtimare illum cum rebus ſubire viciſſitudinem: aut ſi id metuas, omnia neceſſario imputare conditori, & res ancipitis eventus tollere prorſus e medio, aſſignando omnia Jovi ac fato, quibus præter tenue nomen divinitatis nihil, niſi, quatenus id Plethoni viſum eſt. Perſtat enim Deus in ſua immutabilitate ac ſimplicitate, manetque ſemper idem, eodemque in ſtatu, & cognoſcit modo incomprehenſo, qua ſingula fiant ratione; At res mutantur perpetuo, ac patiuntur, neque ullam imponunt opifici Deo ferendi aliquid aut patiendi neceſſitatem. Quemadmodum & ſol, ſuam conſervans ſimplicitatem, uno & eodem radio variam edit efficientiam, va-

τελεῖ. καὶ τήκει μὲν τὸν κηρὸν, ξηραίνει δὲ τὸν πηλόν. φωτίζει τε τοὺς τὴν ὄψιν ὑγιῶς ἔχοντας, καὶ τοὺς σκαρδαμύττοντας τυφλώττειν ποιεῖ, οὐκ αὐτὸς οὐδὲν πάσχων, τῶν δὲ τὴν ἀκτῖνα δεχομένων ἑκάστων ἕκαστα κατὰ τὰς ἰδίας διαθέσεις ὑφισαμένων. καὶ τὸ λειτουργικὸν δὲ τοῦτο πῦρ, οὗ ἄνευ οὐκ ἂν συσταίη βίος ἀνθρώπινος, ἐπὶ τῆς ἰδίας καὶ αὐτὸ μένον ἁπλότητος, πολλὰ τοιαῦτα ἀποτελεῖ. μαλάσσον μὲν τὸν σίδηρον, καὶ ἴσα καὶ κηρῷ πρὸς τὸ τοῦ χαλκεύοντος ἐλαῦνον αὐτὸν βούλημα, ταῖς σφυροτυπίαις· ξηραῖνον δὲ καὶ αὐτὸ τὸν πηλὸν, ἴσα τῷ ἡλίῳ, καὶ εἰς λιθώδη μεταπηγνύον ἀντιτυπίαν, ὄστρακον καλεῖσθαι τότε παρασκευάζον ἀντὶ πηλοῦ. χρυσὸν δὲ καὶ ἄργυρον, χαλκόν τε καὶ μόλυβδον, καὶ τὰ παραπλήσια, εἰς ὑδατώδη μετασχηματίζον λειότητα. ἢ οὐδὲ τῷ αἰσθητῷ τούτῳ φωτὶ, τῷ ἰδίῳ δημιουργήματι, τὸν νοητὸν ἥλιον, τὰ ἴσα δύνασθαι δώσομεν; ἀλλ' οὗτος μὲν τὰ ὑπ' αὐτὸν ἰκμητίζων, ἀπαθῶς αὐτὸς ἔχει, ἐκεῖνος δὲ τοῖς πάσχουσι συμπείσεταί τε καὶ συμμεταβληθήσεται. καὶ τὸ λειτουργικὸν τοῦτο πῦρ ἕξει τι πλέον τοῦ δημιουργοῦ τοῦ πυρός; ἀποτρέπει δὲ Πλήθων καὶ λιτανεύειν τὸ θεῖον, καὶ δῶρα καὶ θυσίας ἀναφέρειν αὐτῷ, μόνον οὐχὶ βοῶν οὕτως. ἄνθρωποι τί μάτην πονεῖσθε περὶ τὰς λιτὰς, τί δ' εἰς κενὸν δῶρα καὶ θυσίας ἀναπέμπετε τῷ θεῷ; οὐ προσέχει ὑμῖν· οὐκ ὠφελεῖσθε τῶν δώρων· οὐ γίνεται ὑμῖν ἵλεως, οὐδ' ἐπικάμπτεται ταῖς λιταῖς· ἃ καθάπαξ ὑμῖν ἔγνω, ταῦτα ἔσται θύουσί τε καὶ μή· οὐ φιλανθρωπεύεται, οὐδὲ χρηστὸς ὑμῖν οὐδαμῶς γίνεται· εἰ χρηστὰ ὑμῖν εἵμαρται,

χρη-

riuſque producit affectiones. Efficit enim ut liqueſcat cera, lutum contra fiat aridum: Illuſtrat eos, quibus ſanus eſt viſus, iis autem, qui hebeta ſunt oculorum acie, cauſa eſt, cur coecutiant. Ipſe interim patitur nihil, ſed quæ radios excipiunt corpora ſingula, iſta pro ſua quælibet natura ſuſtinent. Etiam hic, qui nobis uſui eſt ignis, quo ſine nec vitæ ratio conſtaret hominibus, quanquam idem ſemper ſimplexque maneat, ejus tamen generis multa perficit. Emollit enim ferrum, & non aliter ac ceram commutabile reddit ad fabri ferrarii ictus. Rurſus lutum, æque ac ſol reddit aridum, convertitque in lapidoſam duritiem, & efficitur, teſta tum pro luto vocari poſſit. Aurum etiam argentumque, aes ac plumbum, in liquorem aquæ ſimilem convertit. An vero ne ſoli quidem iſti, qui mente tantum poteſt intelligi, parem tribuemus potentiam, atque huic igni, qui illius opus eſt, & ſenſu percipitur? Vel hunc dicemus affundere rebus ſub ſe poſitis lucem, ut nihil inde patiatur, illum autem cum patientibus una pati atque mutari; quin ignem hunc miniſtrum aliquid poſſidere majus, quam qui ignem effecit? Sed & vetat Pletho preces adhibere Deo, donaque & ſacrificia eidem offerre, atque tantum non ita vociferatur: Quid tandem, O homines! fruſtra laboratis in fundendis precibus, quidve in donis & ſacrificiis offerendis Deo luditis operam? Non animadvertit vos: Nihil juvamini donis: Non fit vobis propitius, neque flectitur precibus: Quæ ſemel ut vobis obtingerent decrevit, illa & facientibus rem divinam obtingent, & non facientibus: Non præbet ſe humanum vobis aut benignum ulla ratione: Si læta vobis evenire fatum ſit,

Digitized by Google

[illegible] [illegible], καὶ θύητε, καὶ μάλιστα εἰ φαῦλοι φαίνοιτο· μὴ δὴ πονῶμεν ματαίως περὶ τὸ λιταιεύειν καὶ θύειν· ταῦτα μονονουχὶ βοᾷ, εἰς ἄδειαν προτρεπόμενος ἅπαντας, ἣν αὐτὸς δεινῶς ἐνόσησε νόσον, ταύτῃ περιβάλλειν ἐπιχειρῶν ἅπαντας. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν τὰ τῆς ἰδίας ἀσεβείας ἐπίχειρα ἀπεκδεχέσθω ἐν ἡμέρᾳ ἐπαγωγῆς καὶ δικαιοκρισίας θεοῦ. ἡμεῖς δὲ τῆς ἐκείνου καθαρεύοντες λύμης, θύωμεν τῷ θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ τῷ ὑψίστῳ τὰς εὐχὰς ἀποδῶμεν, εἴ πως ἐφ' οἷς ἀεὶ πλημμελοῦμεν, ἵλεως ἡμῖν γένοιτο· οὐ μεταβάλλει ἐκεῖνος. χρηστὸς γὰρ ἀεὶ, καὶ χρηστὸς βουλόμενος πᾶσι, καὶ μετὰ χρηστότητος, ἀνακαλούμενος εἰς μετάνοιαν, καὶ τῷ μαστίζειν ὡς πατὴρ υἱοὺς, τῶν πατρικῶν ὑπεξαγομένους ἐπιταγμάτων, εἰς ἐπίγνωσιν αὐτοῦ ἀνακαλούμενος. ἀλλ' ἡμῶν ἐστι χείρονος τὸ βέλτιον ἀλλαττομένων, καὶ οἰκειούντων αὐτοὺς, ὥσπερ οἰκειοῦν ἐτάχθημέν τε καὶ ἐπετράπημεν. θύωμεν οὖν ἀεὶ τῷ θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, ἄλλου τε παντὸς καθαρεύοντες πάθους, καὶ τὴν περὶ τῆς εἱμαρμένης πονηροτάτην καὶ ἀσεβεστάτην Πλήθωνος ἀποτρεπόμενοι παντάπασι δόξαν· οὐ δεδιότες, ὥς φησι Πλήθων, μὴ τὴν εἱμαρμένην ἀναιροῦντες, συναναιρῶμεν καὶ τὴν πρόνοιαν, ὧδέ πη λέγων. „κινδυνεύουσι γὰρ οἱ τὴν περὶ τῶν ἐσομένων ἀ-
„νάγκην τε καὶ εἱμαρμένην ἀναιροῦντες, ἢ καὶ τῆς προ-
„νοίας τῆς τῆδε ἐκβάλλειν τοὺς θεοὺς, ἢ καὶ τὴν τῶν χειρό-
„νων αὐτοῖς αἰτίαν ἀντὶ τῆς ἐκ τῶν δυνατῶν βελτίστων πε-
„ριάπτειν· ἀμήχανον ὂν μὴ οὐ θάτερον ἀεὶ, ἤτοι τὸ
„πρότερον ἢ ὕστερον αὐτοῖς ἐγγιγνόμενα, εἴπερ τῆς ἑτέρας
„εἶναι. ὥστε τοῖν δυοῖν ἂν τούτοιν ἀσεβημάτοιν θατέ-
„ρῳ πάντως τοὺς τὴν εἱμαρμένην ἀναιροῦντας περιπίπτειν.
καθαρεύωμεν τοίνυν καὶ τῆς κατὰ τὴν εἱμαρμένην ἀσεβείας.

læta evenient, ſive vos feceritis ſacra, ſive non feceritis; infauſta contra, ſi infauſta: Quare nolite in precibus & ſacrificiis operam conſumere. Hæc, inquam, tantum non vociferatur, hortatus omnes ad improbitatem, tentanſque, eum quo graviter ipſe laborat morbum, omnibus affricare. At illum quidem exſpectent nequitiæ ipſius pœnæ, in die iſto qui irrumpet, & quo jus dicet Deus. Nos autem ejus purgati ſordibus offeramus Deo ſacrificium laudis, & eundem imploremus, ut eorum, quæ perpetuo delinquimus, gratiam nobis faciat, non quidem, quaſi mutari debeat, ſiquidem ſemper benignus eſt, beneque omnibus cupit, & cum bonitate revocat ad frugem, noſque, ubi paternis ejus præceptis nos ſubtraximus, caſtigans ut liberos pater, ad ſui agnitionem reducit; Verum ita, ut nos ipſi vitia, emendemus virtutibus, ac ita conciliemus Deum, quemadmodum vel præceptum eſt vel permiſſum. Offeramus igitur Deo perenne laudis ſacrificium, puri tum alius omnis flagitii, tum peſſimam hanc ac maxime impiam de fato ſententiam prorſus à nobis removentes: neque vereamur, ne, ut ait Pletho, fato ſublato, providentiam quoque una tollamus, quando ſic ferè loquitur. „ Verſantur enim „ qui fatum tollunt in periculo, ne vel de provi„ dentia dejiciant Deos, vel pejora potius omnia, „ quam eorum quæ fieri poſſunt optima, ipſis aſſi„ gnent. Cum fieri aliter non poſſit, quin alteru„ trum ſemper, vel id quod primo, vel quod po„ ſtremo decreverunt, altero ſit deterius. Ut pro„ inde in ulterius horum flagitiorum, ii qui fatum „ tollunt, neceſſario incidant. Simus itaque puri profanæ de fato ſententiæ, neque vereamur, ne ſub-

που δεδιότες, μὴ τὴν εἱμαρμένην ἀναιροῦντες, συνανέλωμεν καὶ τὴν πρόνοιαν· ἀλλὰ τὸ ἀνάπαλιν, μὴ τὴν εἱμαρμένην τιθέντες, ἑαυτοὺς ἀποσχοινίσωμεν τῆς προνοίας, ἀνάγκῃ δουλεύοντες καὶ εἱμαρμένῃ, πλὴν τῶν ὀνομάτων, οὐδὲν οὖσι καθ' ἑαυτά. πῶς γὰρ δουλεύων τις ἀνάγκῃ καὶ εἱμαρμένῃ, τὴν πρόνοιαν οὐκ ἀνελεῖ; ἢ ὅτι ταυτὸν τῇ εἱμαρμένῃ ἡ πρόνοια; ἀλλ' οὐ ταυτόν· ἄλλος γὰρ δὴ λόγος εἱμαρμένης, καὶ ἄλλος προνοίας, οὐ κατὰ τὸ ὄνομα μόνον, ἀλλὰ πολλῷ πρότερον καὶ κατὰ τὸ πρᾶγμα, ὡς πᾶσι δῆλόν ἐστιν. ὧν δὲ οἱ λόγοι διάφοροι, καὶ αὐτὰ διάφορα· τὸ μὲν γὰρ οἷον προνοεῖν ἐστι, ταυτὸν δ' εἰπεῖν ἐνεργεῖν. τὰ δ' οἷον εἱρμῷ τινι οὕτως ἔχειν, ταυτὸν δ' εἰπεῖν πάσχειν, ἢ ὡς ἄν τις ἄλλως βούλοιτο λέγειν. πλήνγε δῆλον ὡς ἑκατέρου λόγου ἀποδώσει διάφορον. ἀλλὰ ταυτὸν μὲν οὐκ ἂν εἴη διὰ ταῦτα, μή ποτε δ' ἐκ θατέρου τὸ ἕτερον, ὡς θατέρῳ θάτερον συναναιρεῖσθαι καὶ συνεισάγεσθαι, ὃς δὴ λόγος αἰτιατοῦ καὶ αἰτίου; ἀλλὰ τοῦτο πῶς· πότερον ἐξ εἱμαρμένης ἡ πρόνοια, ἢ τὸ ἀνάπαλιν ἐκ τῆς προνοίας ἡ εἱμαρμένη; ἀλλὰ τὸ μὲν τὴν εἱμαρμένην ἐκ τῆς προνοίας εἶναι, οὐδὲ αὐτὸς ἂν δήπου συγχωρήσειε Πλήθων, τὴν εἱμαρμένην πάντων ὑπερτιθεὶς, καὶ αὐτὴν αἰτίαν ἀποφαινόμενος πάντων· εἰ μὴ τῶν ἄλλων φαίης πλὴν μόνης προνοίας. ἀλλὰ καὶ οὕτως ἕτερον πρόνοια εἱμαρμένης, καὶ πρόνοια ἡ πάντων αἰτία οὐχ εἱμαρμένη. λείπεται δὴ ἐξ εἱμαρμένης εἶναι τὴν πρόνοιαν. ἀλλὰ τοῦτο οὔτε αὐτὸ τὸ τῆς προνοίας ὄνομα συγχωρεῖ, προνόησίν τινα σημαῖνον, καὶ τὸν προνοοῦντα συνεισφέρον ἀκολούθως. ἡ δ' εἱμαρμένη οὐχ οἵα τε προνοεῖν, ὥστε Πλήθων αὐτὴν βούλεται.

lato fato, providentiam una tollamus; contra ea, ne poſito fato, nos ipſos quaſi carceribus poſitis à providentia excludamus, fato ac neceſſitati ſervientes, quibus præter vana nomina natura nulla eſt. Nam qui fierit poſſit, ut qui fato ac neceſſitati ſerviunt, providentiam non ſimul tollant? Forte idem ſunt fatum & providentia? Neutiquam, nam alia ratio eſt fati, alia providentiæ, non nomine tantum, ſed multo magis re, ceu manifeſtum eſt omnibus. Quorum vero ratio diverſa eſt, illa quoque ipſa diverſa ſunt. Alterum enim providere poteſt, ſeu quod idem eſt, efficere aliquid: alteri relinquitur nihil, niſi ut ſempiterna cauſarum ſerie ſic ſe habeat, ſeu quod eodem redit, patiatur, aut quocunque modo loqui malis, ſaltem utriuſque diverſam Tibi reddendam eſſe rationem, patet. Quare ſecundum jam dicta idem non ſunt providentia & fatum. Aſt alterum forte ex altero ortum eſſe dices, ut poſito vel ſublato uno, ponatur ſimul aut tollatur alterum, qualis ratio eſt effectus & cauſæ? Sed quomodo hoc? Num ex fato providentia, an contra ex providentia fatum? At fatum ex providentia eſſe, ne ipſe quidem temere Pletho ſuſcipiet, qui nimirum fatum omnibus imponit, illudque rerum omnium cauſam judicat; niſi forte aliarum quidem rerum omnium, niſi ſolius fati, cauſam eſſe dixerit. Verum vel ſic fatum à providentia diſtat, & hæc omnium cauſa relinquitur, nequaquam vero fatum. Supereſt, ut ex fato providentiam repetat? Verum hoc ne ipſum quidem providentiæ nomen patitur, quod ſenſum quendam curamque futurorum notat, & aliquem providentem ſimul introducit. Sed fati non ea ratio eſt quæ providentis, neque

λέγεται, προνοοῦντας τοὺς θεοὺς [illegible] εἶναι γὰρ λέγων τοὺς τὴν εἱμαρμένην ἀναιροῦντας, τὴν τῶν ὅλων πρόνοιαν ἐκβάλλειν τοὺς θεούς. εἰ δὲ καὶ εἱμαρμένη ἐστὶν ἡ πάντως αἰτίαις ἢ χρόνοις κοινὸν τινά. ἡ μὲν εἱμαρμένη καὶ ἡ πρόνοια μία μόνη κατ' ἑκάτερον εἶναι Πλήθων τοὺς θεοὺς προνοοῦντας, ὄνομα γὰρ δὴ μόνον ἡ πρόνοια πρᾶγμα ἔρημον. ὥστε δῆλον, ὡς οὐχ ὁ τὴν εἱμαρμένην ἀναιρῶν, ἀναιρεῖ τὴν πρόνοιαν, ἀλλ' ὁ [illegible] εἱμαρμένην εἶναι τιθέμενος· πρόνοιαν δ' ἐγὼ φημι, οὐχ ἣν Πλήθων βούλεται, τὴν τῶν μὴ ὄντων ἀλλὰ τὴν τοῦ ὄντως ὄντος θεοῦ. ἐκεῖνο δὲ τίνι τῶν πάντων οὐ φανερόν, ὡς εἱμαρμένην Πλήθων, καὶ αὐτοῦ αἰτιᾶται [illegible] τε καὶ τῶν ἑκόντων ὡς αὐτός φησι γινομένων. τοῦτο δὲ οὐδὲν ἕτερον δύναται, ἢ τὸ, εἰ ἐστὶν εἱμαρμένη, μὴ πρόνοιαν εἶναι. εἰ γὰρ ὁ τὴν εἱμαρμένην ἀναιρῶν, ἓν τῶν ἀτόπων, τοῦτό τε προνοεῖν τῶν ὅλων ἐκβάλλειν τοὺς θεοὺς, καὶ τὸ τῶν χειρόνων αἰτίαν αὐτοῖς περιάπτειν, τὸ ἕτερον ἐπιτρέπειν, ὁ τιθέμενος εἱμαρμένην, τῶν ἀντικειμένων ἑκατέρου αὐτὴν αἰτίαν ἀποφαίνει δήπου. διὰ τοῦτο γὰρ αὐτὴν ἀναγκασθήσεται τιθέναι, ἵνα μὴ τοὺς θεοὺς [illegible] ἢ καὶ τὴν τῶν χειρόνων αἰτίαν αὐτοῖς περιάψῃ. ὡς εἰ μὲν ἔσται εἱμαρμένη, τὸ ἕτερον πάντως ἐσόμενον, εἰ γὰρ εἱμαρμένης μὴ οὔσης, ἢ οὐ προνοήσουσι τῶν ὅλων, ἢ τῶν χειρόνων αἴτιοι ἔσονται, ἡ μὲν οὔσης τὸ ἕτερον ἔσονται, ὥστε ἀπὸ τῶν ἀντικειμένων ἑκάτερον ἔσται, οὐχ οἱ θεοὶ προνοοῦσι τῶν ὅλων, ἀλλ' ἡ εἱμαρμένη. ἐκείνη γὰρ ἡ καὶ αὐτῶν προεστῶσα, καὶ δι' ἐκείνην καὶ αὐτοὶ ἀγαθοί. τοῦτο δὲ οὐχ ὁσίου τε [illegible] δοκεῖ

εἶναι,

que id ſentit Pletho, qui Deos providere judicat, dum eos, qui fatum tollunt, de providentia rerum omnium dejicere dicit Deos. Jam ſi fatum quoque rerum omnium cauſa eſt, quid facies providentiæ, quæ vel earundem debet eſſe cauſa, quarum eſt fatum, vel nullius? Fruſtra igitur Pletho, utroque modo Deos facit providentes, quoniam providentia nomen tantum eſt, cui res nulla reſpondeat. Ut adeo perſpicuum ſit, non eum, qui fatum ſuſtulerit, ſed eum potius, qui poſuerit, providentiam tollere. Providentiam vero nos dicimus, non qualem Pletho vult, quæ rebus, quæ non ſunt, tribuenda ſit, ſed quæ illi, qui vere eſt, Deo. Cui præterea non eſt apertum, quod conceptis verbis Pletho ad fatum referat cauſam, cur & providentia ſit & Dii ſint, unde nihil efficitur aliud, quam ſi fatum ſit, providentiam non eſſe? Nam ſi eum qui fatum ſuſtulerit, in alterutrum horum abſurdorum incidere ſit neceſſe, ut vel de providentia rerum omnium dejiciat Deos, vel pejorum auctores conſtituat, exiſtet, ut is qui fatum poſuerit, idem conſtituat cauſam utriuſque eorum, quæ his abſurdis ſunt oppoſita: ſiquidem hac ipſa de cauſa fatum cogetur ponere, ne vel providentiam Diis adimat, vel eos pejorum auctores faciat, quaſi ceſſante fato, alterutrum omnino contingere ſit neceſſe. Nam ſi ſine fato vel ab omnium rerum cura & adminiſtratione vacabunt, vel pejorum omnino erunt architecti, ſequitur, ut ſine quo alterutrum horum Diis relinquitur, ad illud ipſum, utrumque quod his opponitur, referatur. Proinde procuratio omnium rerum non ad Deos, ſed ad fatum pertinebit, Hoc enim & Diis ipſis proſpiciet, & efficiet ut meliora ſemper amplectantur. Verum

Digitized by Google

εἶναι, τῷ διαφέρειν ἀλλήλων πρόνοιάν τε καὶ εἱμαρμένην, καὶ μηδ' ἐν θατέρου θάτερον εἶναι. οὐκ ἄρα εἱμαρμένης μὴ οὔσης οὐδὲ πρόνοια ἔσται· ἀλλ' ἀνάπαλιν, εἱμαρμένης οὔσης, ὅλως οὐκ ἔσται πρόνοια, κατά τε ἀλήθειαν καὶ αὐτὸν Πλήθωνα. κατὰ μὲν ἀλήθειαν, ὡς μικρῷ δέδεικται πρότερον· κατὰ δὲ Πλήθωνα, ὅτι εἱμαρμένης μὴ οὔσης, οὐδὲ οἱ θεοὶ προνοήσουσιν. μὴ τῶν Θεῶν δὲ προνοουμένων, οὐδὲ πρόνοια οὐδαμοῦ ἂν εἴη. οὐ γὰρ δὴ ἐν τῷ μὴ ὄντι ἡ πρόνοια. εἰ δ' εἴη τι ἡ πρόνοια, (ὡς δὴ καὶ ἔστιν ἀληθῶς, καὶ μέγα τι χρῆμα καὶ ὑπερμέγεθες, ἄπειρόν τε καὶ ὑπεράπειρον, καὶ πάντων ὡς οὕτως εἰπεῖν περιδεκτικόν· καὶ οὐδὲν ὅλως τῶν ὄντων ὃ αὐτῆς ἔξω, εἰ μὴ τὸ κακόν τις εἴποι, ὃ οὐδὲ ὄν, ἀλλὰ στέρησις ὄντος, ὡς ἡ τυφλότης οὐκ ὄν, ἀλλ' ὄντος στέρησις, ὄψεως γάρ.) εἰ οὖν εἴη πρόνοια, οὐκέτι ἔσται εἱμαρμένη. ἐναντίον γὰρ δή, εἰ δεῖ γε οὕτως εἰπεῖν, πρόνοια εἱμαρμένη. καὶ μὴν καὶ τῇ Θεοποιΐᾳ Πλήθωνος, διὰ τὴν εἱμαρμένην τἀγαθόν, καθ' ἑαυτοὺς δ' οὐκ ἀγαθοί. μὴ οὔσης γὰρ εἱμαρμένης, καὶ χειρόνων αἴτιοι. καὶ ἀμήχανον μὴ οὐ θατέρα ἀεί, ἤτοι τὰ πρότερον, ἢ ὕστερον αὐτοῖς ἐγνωσμένα, χείρω τῶν ἑτέρων εἶναι. καὶ τὸ δύνασθαι δέ, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πῇ. τὴν γὰρ τῶν χειρόνων αὐτοῖς αἰτίαν, ἀντὶ τῶν ἐκ τῶν δυνατῶν βελτίστων, περιάπτειν φησί. τὸ δὲ πῇ καὶ μὴ ἁπλῶς δυνατόν, καὶ μὴ δυνατὸν πάντως. τὸ δὲ μὴ δυνατόν, ἀδυναμίας σημαντικόν. ἀδύνατος ἄρα ἡ Θεοποιΐα

Πλή-

hoc fieri non poſſe docui, quod inter fatum & providentiam multum interſit, neque alterum potuerit ex altero eſſe profectum. Quare non ſequitur, providentiam non eſſe, ſi fatum non ſit; ſed contra, fatum ſi ſit, providentiam non eſſe: Idque & ſecundum rei veritatem, & ſecundum Plethonem ipſum. Secundum illam quidem, ut paulo ante fuit oſtenſum; ſecundum Plethonem vero, quoniam ceſſante fato, etiam providentiam Deorum ceſſaturam credit: quae cum Diis ſane adimatur a Plethone, nuſquam erit, cum nihilo inhaerere non poſſit. Si vero eſt aliquid providentia, (ut profecto eſt, quin magnum quid & plane eximium, infinitum & ſumme infinitum, & omnia, ut ita loquar, amplexum: nihilque omnino eſt rerum omnium, quod extra illam ſit, niſi malum quis dixerit, quod tamen ne quidem eſt res, ſed privatio rei, quemadmodum coecitas nihil eſt, ſed privatio, viſus nimirum.) Si igitur eſt providentia, non amplius erit fatum, nam inimica eſt, ſi licet ita loqui, providentia fato. Adde etiam, quod ſecundum Plethonis Theoplaſtiam a fato bonum omne manet, Dii vero ſua vi & natura boni non ſint. Nam ſi fatum, inquit, non eſt, pejorum omnium erunt auctores, fierique non poteſt, quin alterutrum eorum, quae decreverunt, vel quod primo, vel quod poſtremo, altero ſit deterius. Quin & potentia ſecundum eundem Diis non prorſus, ſed aliquo modo conveniet: ſiquidem nos dicit pejora potius omnia, quam eorum quae fieri poſſunt, optima, illis adſcribere. Sed quod non prorſus, verum aliquo modo potens eſt, etiam aliquid omnino non poteſt. Non poſſe autem aliquid efficere, argumentum im-

Digitized by Google

Πλήθωνος, καὶ κατ' αὐτὸν Πλήθωνα, εἰ καὶ μὴ ἁπλῶς, ἀλλὰ πῇ. οἱ οὖν μὴ καθ' ἑαυτοὺς ἀγαθοί, μηδὲ δυνατοὶ μόνον, ἀλλ' ἔστιν οὗ καὶ ἀδύνατοι, πῶς θεοί; ὥστε λέληθεν ἑαυτὸν Πλήθων, αὐτὸς αὐτοῖς ἀποφαινόμενος ῥήμασιν, οὐκ ἀγαθοὺς εἶναι οὓς εἰσάγει θεούς, οὐδὲ πάντα δυναμένους, καὶ ἀδύνατά τινα ἀξιοῦν. οὕτως ἑαυτῷ πανταχοῦ περιπίπτων, οὐκ αἰσθάνεται. εἶπεν ἂν εἱμαρμένον εἶναι καὶ τοῦτο πάντως αὐτῷ, τιμῶντα εἱμαρμένην, ἣν τιμᾷ, δεῖ αὐτὴν ἠρέμα ὑποκατακλίνεσθαι εἰς ἀναισθησίαν, οὕτως εἰς καλὸν περιελαύνει τῆς εἱμαρμένης. καὶ περὶ μὲν τούτων ἀρκεῖ τοσαῦτα. οἴεται δὲ καὶ τὸ ὡρίσθαι τῷ προγινώσκειν εἶναι ταυτόν. φησὶ γάρ· ,, ἔτι δ' εἰ μὴ ὥριστο τὰ μέλλοντα,
,, οὐδ' ἂν προεγινώσκετο, οὐ μόνον γε οὐχ ὑπ' ἀνθρώπων,
,, ἀλλ' οὐδ' ὑπὸ τῶν θεῶν ἂν οὐδενός. οὐ γὰρ οἷόν τε ὅλως
,, γνῶσιν ὑπάρξαι τοῦ πάντῃ ἀορίστου. οἴεται μὲν οὖν ὡς εἴρηται, ταυτὸν εἶναι τὸ ὡρίσθαι τῷ προγινώσκειν. οὐ γὰρ ἂν οὔτε ἐπὶ πλέον εἶναι. ἔσται γάρ τι προεγνωσμένον ἀόριστον, ὅπερ οὐ βούλεται. οὔτε ἐπ' ἔλαττον. ἔσται γάρ τι ὡρισμένον ἄνευ αἰτίου, ὅπερ οὐδὲ αὐτὸ βούλεται, εἴπερ αὐτοῦ ἐστι· ,, τὸ νῦν
,, δ' οἱ θεοὶ ἴσασι δήπου τὰ ἐσόμενα, εἴπερ καὶ ὁρίζουσί τε
,, αὐτοὶ καὶ ἐν σφίσιν αὐτοῖς ἔχουσι παρόντα ἀεὶ τῇ αἰτίᾳ. εἰ γὰρ ὁρίζοιτο μὲν τὰ ἐσόμενα, οὐ προγινώσκοιτο δὲ ὑπὸ τῶν θεῶν, ὃ βούλεται τὸ ἐπ' ἔλαττον εἶναι τοῦ ὁρίζειν τὸ προγινώσκειν, ἢ ὑπ' ἄλλου τινὸς ἂν ὁρίζοιτο, καὶ οὐχ ὑπὸ τῶν θεῶν, οὐδ' ἔχοιεν ἂν παρόντα ἐν σφίσιν αὐτοῖς τῇ αἰτίᾳ, ἢ ἄνευ

Digitized by Google

potentiæ. Impotentes ergo ſunt Dii Plethonis, ſuapte ſententia, quanquam non prorſus, aliquo tamen modo. Qui vero non ſua natura boni ſunt, neque abſolute potentes, ſed & impotentes aliqua ex parte, quomodo Dii erunt? Ut proinde ſui Pletho oblitus diſerte declaret, neque bonos eſſe, neque omnia poſſe, quos inducit Deos, quin velle aliqua quæ vires ſuperant. Ita prorſus non animadvertit, quam ſuis ubique laqueis irretiatur. Dixerit fatum ipſi fuiſſe, ut dum eam, quam colit, fati neceſſitatem veneratur, per eandem ſenſim, ac præter opinionem induceretur in ſtuporem. Ita nimirum ad commodum ſuum fato abuteretur. Verum hæc hactenus. Putat autem præterea, præſcire idem eſſe, quod conſtitutum eſſe. „ Porro, inquit, „ niſi definita eſſent omnia, ne præſciri quidem „ poſſent, non ſolum ab hominibus, ſed ne quidem „ a quoquam Deorum. Fieri enim non poteſt, ut „ ſciri in univerſum quicquam poſſit, quod prorſus „ non ſit definitum. Cenſet igitur, ut dictum, quod idem ſit præſcire & conſtitutum eſſe. Illud enim neque latius eſſe, quoniam ſecuturum ſit, fuiſſe aliquid ante cognitum, quod definitum non fuerit, quod minus placet: neque anguſtius, quia ſic definitum aliquid foret abſque cauſa, quod etiam non arridet, ſiquidem hæc Plethonis ſunt. „ Jam autem „ norunt Dii futura, qui & decernunt illa, & ea- „ dem, dum cauſa illorum ſunt, habent ſemper an- „ te oculos præſentia. Si enim definirentur quidem futura, ſed ignorarentur à Diis, id enim dicimus, anguſtius eſſe præſcire quam conſtituere, vel ſi ab alio quodam definirentur, non autem à Diis, ſequeretur eos non habere illa ante oculos præſentia,

Digitized by Google

αἰτίαν ὁρίζοιτ' ἄν. εἴπερ οἱ θεοὶ τῷ προγινώσκειν τε καὶ αἴτιοι εἶναι ὁρίζουσι. οὔτε οὖν ἐπίπλεον, οὔτε ἐπέλαττον βούλοιτ' ἂν Πλήθων, πρὸς τὸ προγινώσκειν τὸ ὁρίζεσθαι ἔχειν, διὰ τὰς ἀποδεδομένας αἰτίας· ταυτὸν ἄρα βούλοιτ' ἂν αὐτὰ εἶναι. ἀλλ' οὐ ταυτόν ἐστι. τὸ μὲν γὰρ ὡρίσθαι ταυτὸν εἶναι τῷ ὑπ' αἰτίαν τετάχθαι, καὶ αὐτός φησι Πλήθων· τὸ δὲ προγινώσκειν οὐ τοιοῦτον. οὐ γὰρ εἴ τι προγινώσκει τι, καὶ αἴτιον τοῦτο τοῦ προγινωσκομένου. ὅτι μὲν γὰρ αὔριον ἥλιος ἀνατελεῖ, καὶ ὑπὲρ τὸν ὁρίζοντα ἔσται, καὶ διαδραμεῖται τὸ πρὸς ἡμῖν ἡμισφαίριον, ἴσμεν τε καὶ ὡρισμένως ἴσμεν. τὸ γὰρ ἐξ ἀνάγκης τοῦτό γε. οὐχ ἡμεῖς μέντοι τὸ ἀνατεῖλαι ὁριζόμεθα, οὐδ' αἴτιοι αὐτοῦ ἐσμεν. καὶ τὴν ὠδίνουσαν, ὡς μὲν τέξεται, πᾶς οἶδε δήπουθεν, τοῦ δὲ τεκεῖν, οὐ πᾶς αἴτιος. ἀλλ' οὐδ' ὡρισμένως ὅ, τι τέξεται οἶδεν. οὐ γὰρ οὔτε εἰ τέλειον, οὔτε εἰ τερατῶδες. οὐδὲ εἰ ἄρρεν ἢ θῆλυ. καὶ μὴν καὶ ὁ θεὸς, πάντα μὲν οἶδεν, οὐ πάντα δὲ ὁρίζει. οἶδε γὰρ καὶ τὰ ἐφ' ἡμῖν, οὐχ ὁρίζει δέ. ἀλλὰ καὶ τὰ ὑπὸ τῆς φύσεως γινόμενα τερατώδη, μᾶλλον δὲ τὰ παρὰ φύσιν γενόμενα πάντα, γινώσκει· οὐκ αὐτὸς δὲ ταῦτα ὁρίζει. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ὡρισμένα τὰ μὴ τέλεια, οὐ γὰρ τῆς τοῦ ἀγαθοῦ μοίρας, τὸ δὲ μὴ ἀγαθὸν πᾶν ἀόριστον· οὐδὲ δι' αὐτὸν ἀτελῆ. καὶ τὸν αὐτοῦ δὲ θεὸν, Δία, Πλήθων οἶδε, καί τοι οὐχ ὥρισται μόνος τῶν ἁπάντων, ὡς μὲν αὐτός φησι τῷ κρείττων εἶναι, ἢ ὥστε ὡρίσθαι· ὡς δὲ ἡμεῖς ἂν καὶ ἀληθῶς φαῖμεν, τῷ χείρων εἶναι ἢ ὥστε ὡρίσθαι,

πα-

τῷ διατιθέναι· τὸ δὲ διατιθέναι καὶ διατίθεσθαι ἐκ διαθέσεως, ἥτις τοῦ τε διατιθέντος καὶ τοῦ διατιθεμένου ἐστίν, ἢ δὲ διάθεσιν τὴν οἱονεὶ προδιατύπωσίν τε καὶ προδιαζωγράφησιν εἴποι, ἀλλ' οὐ τοῦτο πρὸς λόγον. οὐ γὰρ ἡ προδιατύπωσις αὕτη διατίθησι τὰ διατιθέμενα· ἀλλ' ὁ διατιθείς, αὐτὴ διατίθησιν, ὡς καὶ αὐτὸν αὐτῇ ἐν ἑαυτῷ διατίθεσθαι, δεχόμενον ταύτην ἐν ἑαυτῷ. εἰ γὰρ μὴ δέξαιτο, οὐδὲ προδιατυπώσει οὐδόλως. ὡς κἀντεῦθεν, ἅπερ ἀποφθεγγεῖν πειράσεται, τούτοις οὐδὲν ἧττον περιπεσεῖν· καὶ χείρονι πρὸς τούτοις, τῷ ὡς ἐν ἀγνοίᾳ τοῦ ὀφειλομένου τοῖς κειμένοις τελείου καὶ ἀγαθοῦ, ἢ προδιατύπωσιν γίνεσθαι, ἵνα μὴ ἐν τῷ διατιθέναι τοῦ καλοῦ διαμάρτωσιν· εἰ δὲ καὶ ἄλλως οὐκ ἂν συμβαίη γνῶσις, „μή τινος ἂν, „ὥς φησι, καὶ γινώσκοντι πρὸς γνωστὸν κοινωνίας γενο„μένης, ἄξιον ἐρέσθαι Πλάτωνα, τίς ἡ κοινωνία αὕτη τοῦ γνωστοῦ καὶ γινώσκοντος; πότερον οἵα γένοιτ' ἂν αἰτίου τε καὶ αἰτιατοῦ; ἀλλ' ὃ πολλάκις εἴρηται, ὧν αἴτιον μόνον τὰ γινώσκον, ἐκεῖνα γνώσεται, ὧν δὲ μή, ταῦτα οὐ γνώσεται. ὥστε ἢ οὐ πάντα γνώσεται, ἢ οὐ μόνων ἀγαθῶν αἴτιος ὁ Θεός. ἀλλ' οἵα γένοιτ' ἂν μετέχοντος καὶ διατιθεμένου; ἀλλ' ἡ τοιαύτη οὐκ ἀπαθής, καὶ τοῦ μετεχομένου πάντως ὑστέρα. τὸ γὰρ μετέχον ὕστερον τοῦ μετεχομένου, καὶ τὸ διατιθέμενον, τοῦ διατιθέντος. εἰ γὰρ καὶ μικρῷ πρό-

σθεν

Digitized by Google

ſponatur: vel ita, ut cauſa ſit diſponendi. Sed, ut diſponat quid aut diſponatur, diſpoſitio efficit, quæ in utroque ineſt, & qui diſponit, & quod diſponitur. Quodſi vero diſpoſitionem eam dixerit, quæ ſit antecepta quædam animo deſignatio atque deſcriptio, id quidem nihil faciet ad rem. Nec enim hæc antecepta deſcriptio diſponit quæ diſponuntur, ſed qui diſponit, diſponit ſecundum illam: quemadmodum & ipſe ab eadem intra ſeſe diſponitur atque afficitur, dum illam in ſe recipit. Nam ſi non reciperet, ne deſcriberet quidem omnino futura; ut & hac ratione in id, quod conabitur effugere, incurrat; quin & pejori hocce, nimirum ut illa deſignatio fiat abſque notitia ejus, quæ rebus debetur, perfectionis ac bonitatis, cum tamen illa requiratur, ne inter diſponendum, res ab eo quod bonum ſit aberrent. Si præterea aliter nulla hauritur cognitio, „ niſi, ut Pletho dicit, quædam ſit co„ gnoſcenti cum re cognita communio, operæ pretium erit ex Plethone requirere, quæ ſit iſta communio inter rem cognitam & cognoſcentem: num ejuſmodi, qualis inter cauſam & effectum? Sed, quod dictum fuit ſæpius, efficietur, eum qui cognoſcit, illa tantum ſcire, quorum cauſa fuerit, quorum vero non fuerit, illa neſcire. Ut proinde vel non omnium habiturus ſit notitiam Deus, vel non ſit bonorum unice futurus cauſa. Talemne vero cognoſcentis dicet communionem, qualis eſt ejus qui particeps fit & diſponitur? At hæc certe eum facit patientem, & omnino poſterior eſt re illa, cujus cognoſcens fit particeps. Id enim quod participat aliquid, neceſſe eſt poſterius eſſe eo, cujus fit particeps: quod diſponitur eo, qui diſponit. Quam-

ὅθεν ἐλέγετο, μὴ ἂν εἶναι διατιθὲν διατιθεμένου χωρίς, ἀλλ' ἢ διατιθὲν καὶ διατιθέμενον ἐλέγετο τοῦτο, οὐχ ἢ ἄλλο τι, ὃ πρότερον ὄν, ὕστερον διατίθησιν· ὡς τὸ μέλι γλυκὺ καθ' αὑτὸ πρότερον ὄν, τὴν γεῦσιν ὕστερον διατίθησι, πρότερον οὐ διατιθὲν οὐδὲν τῇ γλυκύτητι. εἰ οὖν κατ' οὐδετέραν τούτων τῷ Θεῷ κοινωνεῖ τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γινωσκόμενα, τῷ ἑκατέρᾳ ἐπειδὴ ἄτοπον, εἰ καὶ τῇ ἑτέρᾳ φησὶ Πλήθων, ῥηθέον τίς ἂν εἴη παρὰ ταύτας ἑτέρα· ἢ οὐκ ἂν εἴη οὐδεμία. ἢ ἔστι μέν τις ἀληθῶς, ἡμῖν δὲ ἀκατανόητός τε καὶ ἄρρητος, καὶ βέλτιον ἐπὶ τὸ ἄπορον καταφεύγειν, ἢ πάντων τὴν κατάληψιν ἐπιζητοῦντας, καὶ μὴ ἐφικνουμένους, εἰς ἀσέβειαν ὑποκαθιέναι. ἄλογον δὲ καὶ τὸ οἴεσθαι, τῷ ὡρισμένῳ τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως, τὸ ὡρισμένον ἕπεσθαι τῶν ἐσομένων καὶ ἀναγκαῖον· εἰ δὲ μὴ τοῦτο εἴη, τὴν πάντων γνῶσιν μὴ ὑπολείπειν τῷ Θεῷ, μηδ' ὃ τούτου χεῖρον, ἅττα ποτὲ δράσει μὴ εἰδέναι. φησὶ γάρ· „ εἴτε καὶ αἴτιοι „ μὲν εἶεν τῶν τῇδε οἱ Θεοί, μὴ ἀνάγκῃ δὲ μηδ' ὡρισμέ„νως εἶεν αἴτιοι, ὧν ἂν αἴτιοι γίγνοιντο, οὐδ' οὕτως ἂν „ εἰδοῖεν ἅττα ποτὲ δράσουσι, μὴ οὐκ ἀναγκαίως τε ἐξ „ αἰῶνος πρὸς αὐτὰ καὶ ἀπαρατρέπτως ἔχοντες. πάντα γὰρ γινώσκει ὁ Θεός, οὐ πάντων δὲ αἴτιος. οὐ γὰρ δὴ καὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν. ἐρήσομαι δὲ τοσοῦτον αὐτόν· πότερον οἴεταί τι τὸ ἐνδεχόμενον, ἢ οὐκ οἴεται; εἰ μὲν οὐκ οἴεται, καὶ τίς αὐτοῦ οὐ καταγελάσεται, οὐδενὶ τῶν πάντων ἀγνώ-

σου

quam enim modo dicebamus, eſſe hæc duo conjuncta, id tamen eatenus dictum fuit, quatenus ut diſponens & diſpoſitum conſiderantur, non quatenus illud eſt aliquid diverſum, quod cum jam ante fuerit, deinde diſponit. Quemadmodum mel, cum jam ante ſua natura dulce ſit, poſtea guſtum diſponit, cum ante nihil illa dulcedine affecerit. Quodſi igitur neutra ratione Deo eſt cum rebus cognitis communio, quod ex utraque aliquod abſurdum fluat, licet ex altera tantum id ſequi Plethon judicet, dicendum, quænam ſit alia præter haſce, aut profecto nulla erit; aut erit quidem aliqua, ſed quam nec mente aſſequi poſſimus nec oratione. Præſtabitque adeo ad infinitatem confugere, quam, dum omnia complecti nitimur cogitatione, neque attingere poſſumus, iſtam ſubire improbitatem. Abſurdum præterea eſt, exiſtimare, quod ex definita ratione cognitionis divinæ ſequatur, etiam quæ futura ſint, eſſe definita & neceſſaria: vel ſi hoc non ſit, ne omnium quidem rerum notitiam Deo ſubjici, vel, quod pejus eſt, eundem quæ facturus ſit ignorare. „ Si enim, inquit, Dii eſ„ ſent quidem omnino cauſæ rerum, quæ hic „ geruntur, neque tamen ex neceſſitate aut defini„ te efficerent quæcunque effecerint, ne ſic quidem „ ſcirent, quæ ſint aliquando facturi, cum non ne„ ceſſario ex æternitate atque conſtanter ad eadem „ fuiſſent lati. Novit enim Deus omnia, ſed non omnium cauſa eſt. Non enim profecto eorum, quæ in noſtra poteſtate ſunt. Tantum modo a Plethone requiram, utrum quid arbitretur contingens, an non arbitretur? Sin minus, quis quæſo erit, cui non debeat ludibrium, cum rerum contingentium

natura

Digitized by Google

ἐκ τῆς τῶν ἐνδεχομένων σχεδὸν φύσεως οὔσης· εἰ δ' ἔστι τι ὡρισμένον εἶναι, ἐρήσεται πῶς περὶ αὐτὸ ὁ Θεὸς ἔχει. ὡρισμένως καὶ ἐξ ἀνάγκης; ἀλλ' ἐνδεχόμενον. ἀλλ' ἀορίστως; ἀλλ' ἄτοπον εἶναί τι ἀόριστον τῷ Θεῷ. πῶς οὖν ἔχει πρὸς αὐτό; ἢ δῆλον, ὡς τῷ Θεῷ οὐδὲν ἐνδεχόμενον, οὐδὲ γε οὐδὲ συμβεβηκὸς ὅλως οὐδέν. πρὸς ἡμᾶς δὲ καὶ τὴν ἡμετέραν γνῶσιν τὸ ἐνδεχόμενον, ἔν τε τοῖς ὑπὸ τῆς φύσεως γινομένοις, καὶ ὅσα ἂν πράξωσιν ἐν οἷς τὸ τέλειόν τε θεωρεῖται καὶ ἀτελές, τότε εὖ, καὶ τὸ ὡς ἑτέρως, ὧν τὸ μὲν ὡρισμένον, τὸ τέλειόν τε καὶ εὖ, τὸ δ' ἀόριστον, τὸ ἀτελὲς καὶ μὴ εὖ. οὗπερ οὐχ ὁ Θεὸς αἴτιος, καίτοι ὡρισμένως αὐτὸ εἰδὼς ὡς ἔσται τοιοῦτον· οὐχ ὅτι δὲ ὡρισμένως ὁ Θεὸς αὐτὸ οἶδε, καὶ αὐτὸ ὡρισμένον, ἢ γὰρ ἂν οὐκ ἀτελὲς ἦν. οὐ πρὸς αὐτὸ οὖν τὸ ὡρισμένον, ἀλλὰ πρὸς τὸν Θεὸν, ὡρισμένως εἰδότα τόδε τι ἔσεσθαι οὕτως. οὐχ ὅτι οὖν ὡρισμένως ὁ Θεὸς θάτερον τῶν ἐνδεχομένων οἶδε, καὶ τὸ ἐνδεχόμενον ἤδη, ἀναγκαῖόν τε καὶ ὡρισμένον ἐστί, καὶ αὐτὸς αἴτιος ὁποτερουοῦν· ἀλλ' ὅτι τὸ ἕτερον ἔσται ὡρισμένως οἶδεν, ὑπὲρ πᾶσαν γνῶσίν τε καὶ κατάληψιν. περὶ τούτων δὴ ἐν τοῖς εἰρημένοις ἐστίν. ἐκεῖνο δ' ἄξιον ἂν εἴη τέως ἐρέσθαι Πλήθωνα· πότερον γινώσκων φησί, μὴ ἂν ἄλλως συμβῆναι γνῶσιν, εἰ μὴ τῷ κοινωνίαν γενέσθαι τινὰ τῷ γινώσκοντι πρὸς τὸ γνωστόν, ἢ οὐ γινώσκων, εἰ μὲν οὐ γινώσκων, καὶ τίς ἂν αὐτῷ δικαίως προσέχοι λοιπὸν, μὴ εἰδότι ἃ λέγοι; εἰ δὲ γινώσκων, πρῶτον μὲν οὐ μόνον ἀνθρώποις ἡ γνῶσις ἔσται συμβεβηκυῖα, ἀλλὰ καὶ τῷ Θεῷ καὶ τοῦ τὸ τῷ Θεῷ μηδὲν εἶναι συμβεβηκὸς τηρηθήσε-

[illegible] a nemine temere, ignorabitur? Si vero concedit, dicat quæ ſit Dei erga iſtud ratio: Num definita ac neceſſaria? Sed contingens eſt: Num minus definita? ſed abſurdum eſt dicere, quod aliquid ſit Deo minus definitum. Quare, quænam ſit, dicat, aut certe manifeſtum eſt, nihil eſſe apud Deum contingens aut vagum. Dicitur autem aliquid contingens reſpectu noſtri noſtræque cognitionis, tam in iis, quæ fiunt a natura, quam in rebus humanis, in quibus perfectio quædam ineſſe intelligitur & imperfectio, bonitas & vitium. Quorum alterum minus definitum, imperfectio ſcilicet & vitium, ejuſque cauſa Deus non eſt, licet definite tale futurum eſſe ſciat. Neque tamen ſequitur, propterea quod definite id ſciat Deus, id ipſum quoque definitum eſſe. Nam certe ita imperfectum non foret. Definitum igitur quodcunque eſt, non ad res imperfectas, ſed ad Deum pertinet, qui definite ſcit, eas tales futuras eſſe. Non ſequitur ergo; ſi Deus definite alterum eorum, quæ fieri poſſunt, præſciat, id ipſum quoque neceſſarium eſſe ac definitum, vel ipſum Deum utrumvis efficere; Sed quod alterum eventurum ſit, novit definite, modo eminentiori, quam qui ſciri a quoquam vel comprehendi poſſit. Verum de his jam diximus ſupra. Illud interea juvabit ex Plethone quærere, num ſciens dicat, aliter fieri cognitionem non poſſe, niſi, ut quædam ſit communio inter cognoſcentem & rem cognitam, an neſciens? Si neſciens, quis illi porro advertat jure animum, cum ipſe, quæ dicat, neſciat? Si ſciens dicit, primum quidem non hominibus ſolum erit cognitio contingens, ſed & Diis. Quomodo ergo iſtud ſervabitur: nihil eſſe vagum aut contingens

θήσεσθαι ἢ ἐν τοῖς Πλήθωνος, οἷς τὸ ἄλλο ἅπαν συμβεβηκός ἐστιν, εἰ θέμις καὶ οὕτως εἰπεῖν. ἔπειτα τῷ γινώσκειν ἡμᾶς καὶ τὸν Θεὸν, ἢ τῷ γινώσκεσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, τίς ἡ κοινωνία ἡμῖν τε κἀκείνῳ; ἡμεῖς ἐν τῷ εἶναι, ἐκεῖνος ὑπὲρ τὸ εἶναι· ἡμεῖς ἐν τῷ γινώσκειν, ἐκεῖνος ὑπὲρ τὸ γινώσκειν· ἡμεῖς ἐν πέρατι, ἐκεῖνος ἐν ἀπειρίᾳ· ἡμεῖς ἐν παντοίᾳ πλημμελείᾳ, ἐκεῖνος ἐν παντελεῖ τε καὶ ὑπερτελεῖ ἀπαθείᾳ· ἡμεῖς ἐν μυρίᾳ μεταβολῇ, ἐκεῖνος ἀεὶ ἔχων ὡσαύτως. φαίη ἂν Πλήθων, τῷ αἰτιατὰ εἶναι, καὶ διατίθεσθαι ὑπ' ἐκείνου; ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τὸ διατιθέναι ἐκεῖνος, ἡμεῖς δὲ ἐν τῷ διατίθεσθαι. πῶς οὖν τὸ ἐν τῷ διατίθεσθαι καὶ πάσχειν, κοινωνήσει τῷ καὶ τοῦ διατιθέναι ὑπερανῳκισμένῳ; πῶς δὲ καὶ Πλήθων, ἐν τῷ γινώσκειν τοὺς αὐτοῦ Θεοὺς, αὐτοῖς κοινωνήσει, τοῖς μὴ οὖσιν, ὃ ἄν; ἀλλὰ λῆρος δὴ ταῦτα, καὶ ὑγιὲς οὐδὲ ἕν· ἐφ' ἡμῶν μὲν γὰρ, καὶ οὓς εἰσάγει Πλήθων Θεοὺς, κἂν ἔχοι χώραν ἴσως τὰ τοιαῦτα τεχνολογεῖσθαι· ἐπὶ δὲ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἀσεβείας ἀνάμεστος ἡ τοιαύτη τεχνολογία. χρῆται δὲ καὶ τεκμηρίῳ τοῦ τὴν εἱμαρμένην εἶναι, τῷ ἄφυκτά τε καὶ ἀναπόδραστα γεγενῆσθαι τισὶ πεπρωμένοις διαφυγεῖν, ἃ τῶν ἐσομένων προμεμαθήκασιν, ὧδέ πως λέγων· „καὶ τισι καὶ προμεμαθηκόσι τῶν ἐσομένων, ἔστιν ἃ καὶ πεπρωμένοις διαφυγεῖν, οὐδὲν ἧττον ἄφυκτά τε αὐτοῖς ἐγένετο καὶ ἀναπόδραστα τὰ πεπρωμένα· τοῖς δὲ καὶ αὐτῷ τούτῳ, τῷ προμεμαθηκέναι τε καὶ πειρᾶσθαι διαφυγεῖν, τοῖς πεπρωμένοις περιπεσεῖν συνέβη, οὕτω πῃ καὶ ταῦτα εἱμαρ-

Digitized by Google

apud Deum? niſi forte in Diis Plethonicis, quibus profecto tota eſſentia, ut ita loquar, contingens eſt. Quæ præterea eſt communio inter nos & Deum, dum vel nos eundem cognoſcimus, vel ab eodem cognoſcimur? Noſtrum eſt eſſe, illius aliquid eſſentia majus: noſtrum eſt cognoſcere, illius aliquid cognitione auguſtius: Nos ſumus intra limites, ille infinitus: Nos in omnis generis imbecillitate verſamur, ille in abſoluta perfectaque vacuitate moleſtiæ: nos infinita laboramus viciſſitudine, ille eodem ſemper eſt in loco. Dixerit forte Pletho, communionem illam in eo eſſe poſitam, ut res efficiantur ac diſponantur à Deo. Sed Deus diſpoſitione eſt auguſtior, nos vero diſponimur. Quomodo igitur ei rei, quæ diſponitur patiturque, aliquid ſit commune cum eo, quo ne quidem diſpoſitio ſatis digna eſt? Quomodo vero etiam Pletho, dum ſuos novit Deos, habebit cum iis communionem, is qui eſt, cum iis qui non ſunt? Sed nugæ iſta, nihilque ſani. Enimvero de nobis quidem atque Plethonicis Diis, ſi forte habeant iſta locum, licebit ita argutari, aſt ad omnium Auctorem Deum ſi referantur, flagitii plenæ erunt argutiæ. Sed & argumentum pro fato ducit Pletho ex eo, quod fugere atque vitare nonnulli non potuerint, quæ de futuris prædidicerant, quamvis id dederint operam. „ Vidimus, inquit, nonnullos de futuris rebus edoctos, eorum quæ fato erant conſtituta, ne illa quidem effugere atque vitare potuiſſe, quæ ut evitarent omnibus contendebant viribus: Alios vel ea de cauſa in fatum incidiſſe ſuum, quod quæ eventura ſibi erant, prædidiciſſent, atque declinare eſſent conati, ut & hoc illis factum fuiſſe

» εἱμαρμένῃ αὐτοῖς, ἐπεὶ οὐκ εἶναι [illegible]
» [illegible] ἐστιν, τοῖς ὑπὸ Διὸς τεταγμένοις ἐξ
» αἰῶνος, καὶ εἱμαρμένῃ δεδομένοις. Πλήθων μὲν οὖν
τριττῷ τεκμηρίῳ χρῆται, ἐκ τῆς εἱμαρμένης λύσεως· ἡμεῖς δὲ
οὖν τῷ τεκμηρίῳ τεκμαιρόμεθα Πλήθωνος, καὶ αὐτὸν τὸ
αὐθέντην τῶν οἰκείων λόγων κατεγνωκέναι, καὶ διὰ τοῦτο
τῷ τεκμηρίῳ δεῖ τῶν ἀποδείξεων πειρᾶσθαι τὴν ἰδίαν δόξαν
κρατύνειν. ἐπεὶ εἰ τοὺς προειρημένους λόγους ἀναγκαίως
ὑπελάμβανεν ἔχειν, τί λοιπὸν ἔδει μετὰ τὴν τοσαύτην συναγ-
ωγήν, τοῖς ἧττον ἀνάγκης ὁμολογουμένοις μετέχειν, αὖθις
πειρᾶσθαι ἐπιχειρεῖν, ἀνόνητον λοιπὸν καὶ περιττὸν ὑφι-
στάμενον πόνον· καὶ ταῦτα εἴπερ τις ἄλλος, φεύγοντα τὴν
βραχυλογίαν, καὶ τῆς τοιαύτης συνεπτυγμένης λέξεως;
εἰ γὰρ τὰ πρότερα ἐξ ἀνάγκης εἶχεν αὐτῷ, ἡ τῶν ἧττον ἀ-
ναγκαίων προχείρισις περιττή. εἰ δ' αὕτη οὐ περιττή, ἀν-
αγκαῖα ἐκεῖνα. καὶ δῆλός ἐστι λοιπὸν τῶν οἰκείων αὐτὸς
λόγων κατεγνωκέναι. ἀλλὰ τὸ μὲν Πλήθωνος τεκμήριον
καὶ ἡμᾶς τεκμαίρεσθαι παρεσκεύασεν. ἴδωμεν δὲ λοιπὸν,
ὡς καὶ αὐτὸ τὸ τεκμήριον ἔχει. οὐκοῦν ἐξ ἀνάγκης, εἰ
προεγνωσμένοις τισὶ, τινὲς μὲν ἧττον [illegible],
εἱμαρμένα πάντα εἶναι καὶ [illegible], καὶ οὐδὲν ἔτι τῶν
μελλόντων μὴ ὡρισμένον. εἰ μὲν γάρ τις περιπίπτοι,
τοῦτο λοιπὸν οὐκ ἀόριστον. μετὰ γὰρ τὴν [illegible] οὐδὲν τῶν πάν-
των ἀόριστον. οὐ μὴν εἰ τόδε μὴ ἀόριστον, καὶ τὰ [illegible]-
τα. ἀλλ' ἀνάπαλιν, εἰ πάντα ὡρισμένα, καὶ τὸ [illegible]-
[illegible] περιπέπτωκεν, ὡρισμένον· τὸ μὲν γὰρ καθόλου,
τὸ δ' ἐν μέρει. καὶ παντὶ μὲν ὑπάρχοντος, καὶ τινὶ ἐξ ἀνάγ-
κης ὑπάρξει. ἡ μὲν οὖν [illegible]

μέλ-

„ ipſe peccaſſe ſit. Nulla proinde liberatio eſt, aut „ declinatio eorum, quæ ſemel à Jove decreta ſunt „ & fato tradita. Pletho quidem ejuſmodi utitur argumento, ut fatum eſſe probet; Nos autem vel hoc ipſo utemur, ut demonſtremus, ipſum eſſe imbecillitatis rationum ſuarum convictum, atque propterea argumentando conari roborare ſententiam. Nam ſi jam allatas rationes crederet apte concludere; quid opus erat, poſt tanta robora argumentorum, alia adducere præter controverſiam infirmiora, atque ita inutilem & ſupervacuum ſubire laborem: præſertim cum preſſo, ſi quis alius, & contracto gaudeat genere orationis? Nam ſi priora ipſi recte concludere videbantur, ſupervacuum ſane erat, minus adſtringentia adjungere; ſi vero hæc non ſupervacua, illa ſequetur fuiſſe minus neceſſaria: atque adeo perſpicuum eſt, ipſum ſuas damnare rationes. Sed Plethonis quidem argumentum nos quoque ad argumentandum adduxit. Nunc videamus porro, quid ipſum hoc argumentum poſſit. Nimirum non ſequitur, ſi nonnulli effugere non potuerint, quin in aliqua eorum quæ præſciebant, nihilominus inciderent, idcirco omnia eſſe decreta atque conſtituta fato, nihilque eſſe futurorum, quod definitum non ſit. Nam in quod quis incidit, hoc amplius vagum non eſt: nihil enim vagum eſt poſt eventum. Neque tamen ſequitur, ſi hoc definitum ſit, omnia eſſe talia; Contra ea, ſi omnia definita ſint, illa quoque eſſe, in quæ quis præſciens incidet. Alterum enim univerſale eſt, ſingulare alterum. Jam quod in omnia convenit, etiam in quædam neceſſario conveniet; at non, ſi in quædam, etiam in omnia. Si igitur omnia futura definita,

 etiam

μέλλοντα ὡρισμένα, καὶ τὶ μέλλον ὡρισμένον ἐξ ἀνάγκης· εἰ δὲ τὶ ὡρισμένον, οὐκ ἀνάγκη καὶ πᾶν. ἔχει γὰρ παραπλησίως, ὡς εἰ λέγοι τις· εἰ πᾶς ἄνθρωπος λευκὸς, καὶ τὶς ἄνθρωπος λευκὸς ἐξ ἀνάγκης· εἰ δέ τις, οὐκ ἀνάγκη καὶ πᾶς. ἐνδέχεται γὰρ καὶ μὴ λευκὸν εἶναι τινά· κἂν εἰ μόνον εἷς εὑρεθείη, οὐ πᾶς ἄνθρωπος ἔσται λευκός. ὥστε οὐκ ἀναγκαία ἡ τοιαύτη Πλήθωνος ἐπιχείρησις. τῶν τε γὰρ μὴ ἀναγκαίων ἐστὶ, καὶ οὐ τὸ μερικὸν ἐκ τοῦ καθόλου, ἀλλ' ἀνάπαλιν, ἐκ τοῦ ἐν μέρει τὸ καθόλου συνάγουσα. ὅπερ ἐπ' ἐκείνων μόνων εἴωθε γίνεσθαι, ἐφ' ὧν ὁμολογεῖται, εἰ τινὶ καὶ παντί· ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλως ἐχόντων, οὐκ ἄπταιστός τε, καὶ τὸ ἐν ἀρχῇ αἰτεῖσθαι δοκεῖ, καὶ ὃ ζητεῖται λαμβάνειν ὡς ὁμολογούμενον. εἰ γὰρ καὶ Πλήθωνι τάξιν ὁμολογουμένου ἔχει, τὸ τὰ μέλλοντα πάντα ὡρίσθαι, ἀλλ' οὐχὶ καὶ πᾶσιν οὕτω δοκεῖ. ὅθεν οὐκ ἐχρῆν ἀπὸ τῶν αὐτῷ δοκούντων τὰς ἀποδείξεις πειρᾶσθαι ποιεῖσθαι, μέλλων γε πείθειν ὅλως τινάς· ἀλλ' ἀπὸ τῶν κοινῇ πᾶσιν ὁμολογουμένων. εἰ δὲ μὴ ἐντεῦθεν εἶχεν, καὶ τῶν αὐτῷ προῃτῆσθαι δεικνῦσαι. εἰ μὴ τῷ προαποδεδεῖχθαι ἤδη φαίη ὁμολογεῖσθαι, ὃ διὰ πολλῶν μὴ ἀποδεδεῖχθαι ἡμῖν ἐξελήλεγκται. ὁ δὲ ὥσπερεὶ πᾶσιν ὁμολογούμενον, εἰ ὡρίσθαί τινα τῶν μελλόντων, καὶ πάντα ἐξ ἀνάγκης ὡρισμένα εἶναι, οὕτω τὴν ἐπιχείρησιν προχειρίζεται· ὅπερ καὶ αὐτὸ τότε ποιεῖν ἀνεπίληπτον, ὅτε μὴ ἄλλως ἔχει τις περὶ τοῦ πράγματος διαλέξασθαι· ἐξὸν δὲ ἄλλως τε καὶ ἄμεινον, οὐ πάνυ τοι ἐπαινετὸς ὁ τοιοῦτος τῆς δείξεως τρόπος. οὐ γὰρ ἐξ ἀναγκαίων· ἐκ μὴ ἀναγκαίων δὲ τὸ ἀναγκαῖον πειρᾶσθαι δει-

κνύναι,

etiam aliquod futurum neceſſario definitum; Non autem, ſi aliquod, etiam omnia. Eadem enim hujus conſecutionis ratio eſt, ac cum dico: ſi omnis homo albus, etiam quidem eſt neceſſario; ſed ſi aliquis, non æque omnem eſſe ſequitur. Fieri enim poteſt, ut ſit etiam aliquis non albus, & ſi vel unus reperiatur, non erunt omnes albi. Ut proinde ſimilis argumentatio Plethonis minus apte cohæreat. Eſt enim ex non neceſſariis, neque ſingulare ex univerſali, ſed univerſale ex ſingulari colligit. Quod in iis tantum uſu venire poteſt, de quibus controverſia non eſt, omnibus convenire quod uni conveniat. Sed quorum alia eſt ratio, in iis non eſt expers erroris, & petere videtur principium, ac quod eſt in quæſtione, ſumere pro confeſſo. Quanquam enim Plethoni forte rei confeſſæ vicem obtinet, quod omnia futura definita ſint, non tamen omnibus ita eſt perſuaſum. Quare non oportebat ex iis, quæ ipſe opinatur, ducere argumenta, ſiquidem omnino vellet aliquos in ſuam ſententiam adducere; ſed ex iis quæ omnes uno ore profitentur: ac niſi inde mutuatus ſit, ſuam quoque repudiare opinionem. Niſi forte propterea confeſſam jam dixerit, quod ante demonſtrata ſit, quod minus tamen factum eſſe, multis docuimus. Is autem, quaſi omnibus id aſſentientibus, ſi quædam futura definita ſint, omnia neceſſario eſſe definita, ita ſuum producit argumentum. Quæ ratio diſputandi tum quoque abeſt a reprehenſione, cum aliter diſputari de re non poteſt. Sed ſi aliter poſſit, atque melius, non admodum eſt laude digna. Non enim eſt ex neceſſariis. At ex minus neceſſariis, id quod eſt neceſſarium velle oſtendere inſulſum eſt & ſophiſti-

Digitized by Google

[illegible]

[illegible] εἶπαι. ὃ γὰρ μὴ ἀναγκαῖον, ἀλλ' ἐξ ἀναγ-
καίων τὸ ἀναγκαῖον δείκνυσθαι δίκαιον, εἴγε μέλλοι ἀναγκ[illegible]

[illegible]

[illegible] ταύτης οὐκ ἀναγκαῖα [illegible] ἑκατέρωθεν [illegible]
ἀναγκαῖον διαπίπτειν αὐτῷ. οὐκοῦν εἰ μήτε τὰ πρότερα
[illegible]

[illegible] ἂν εἴποιμεν, οὔτε εἱμαρμένα τε καὶ πε-
πρωμένα τὰ μέλλοντα, οὐδ' ἔστι τι λοιπὸν τὸ [illegible]
ἢ εἱμαρμένη [illegible] ἄλλως [illegible]

[illegible] ἐκεῖνος ἂν μᾶλλον ἐπεχείρησεν, ἢ ὡς νῦν ἐστιν ἐπι-
κεχείρηκας. ἀλλ' οὐδὲ τὸ τεκμήριον τὸ ἀναγκαῖον εἶχε μεθ'
ἑαυτοῦ [illegible] πάντως [illegible]
[illegible] ἀλλὰ πολλοὶ
[illegible] πειραθέντες, [illegible] καὶ τούτων πλή-
ρεις αἵ τε καθ' ἡμᾶς ἱστορίαι, πανταχοῦ ἀληθείας ἐχό-
μεναι, [illegible]
Ἑλληνικαί τε καὶ [illegible]

[illegible]

eum, ne quid dicam asperius: Convenit enim ex neceſſariis neceſſaria oſtendi, ſiquidem neceſſario credi debeant. Si igitur poſt tot rationes, ejuſmodi genere utitur argumentationis Pletho, vel ludet operam, vel antè allata minus ſint neceſſaria: Ut adeo utroque modo neceſſaria concludendi ratione excidat. Quare ſi neque priora ſunt neceſſaria, neque, quantum argumentari licet ſecundum Plethonem ipſum, quæ nunc diſputantur: dicamus ſane confidenter, non omnia eſſe definita, neque decreta eſſe futura ac conſtituta fato, neque eſſe omnino quicquam fatum, quamdiu nequeat quis aliud docere, quod fieri non poteſt. Declarat autem Pletho fieri non poſſe. Nam ſi melius id potuiſſet oſtendi, non hoc potiſſimum modo rem fuiſſet aggreſſus. Sed neque in ipſo argumento ineſt veritas. Non enim omnino, qui effugere quæ præfinita ſunt conantur, in ea incidunt; ſed & multi qui id dederunt operam, ex iis elapſi ſunt. Cujus rei exempla refertæ ſunt noſtri ævi hiſtoriæ, veritatem omni tuentes modo, quarum exiguam Pletho rationem habet: Referta etiam, quæ de ſuis temporibus compoſuere Græci Romanique, aut alii quicunque, monumenta, quæ multi facit noſter. Unde igitur poſuerit nihiloſecius, niſi ex perverſo ſuo corruptoque ingenio, deſertore illo veritatis, commenta de Diis ſuſcipere, profiteri, atque iſthæc flagitia aliis ſuadenda ſibi ſumere: hæc quidem omnia cui volupe fuerit examinet. Nos in præſenti prætermittimus iſta curioſius ſcrutari. Prætermittimus etiam ſilentio res geſtas noſtri temporis, quoniam, ut dixi, earum exigua vel nulla à Plethone habetur ratio. Illud certe perſpicuum eſt omnibus, quod

νι λόγος, ὡς εἴρηται. ἀλλ' ἐκεῖνο φανερὸν ἅπασιν, ὅτι ὡς ἑκάστοτε πολλοὶ πολλοῖς ἁλίσκονται πταίσμασι, τὸ μὲν πλεῖστον ἀληθέσιν, ἔστι δ' ὅτε καὶ πεπλασμένοις, καὶ οὐδεὶς σχεδὸν χρόνος, ὃς ἀμοιρεῖ τῶν τοιούτων. καί τις αὐτοῖς ὁρίζεται ζημία παρὰ τῶν εἰς τοῦτο τεταγμένων ἑκασταχοῦ, κατά τε τὴν τῶν ἁμαρτανομένων ποιότητα, καὶ τὴν τῶν εἰς τοῦτο τεταγμένων παρ' ἑκάστοις τὴν γνώμην· (καίτοι εἰ καθ' εἱμαρμένην ταῦτα ὡρίζετο, αὐτοῖς ἂν εἵπετο πανταχοῦ τὰ αὐτά) καὶ τοὺς πεισομένους ἃ πείσονται προγινώσκεται· καί τισιν αὐτῶν καὶ πειρωμένοις διαφυγεῖν, οἷόν τ' ἐγένετο τῶν ζημιούντων ἔξω γενέσθαι, καίτοι ἀπαραίτητος αὐτοῖς ὥριστο ἡ ζημία, καὶ οἱ ἐπὶ τούτοις τεταγμένοι ὑπηρέται, καὶ ὁ ἐξαιρησόμενος οὐδείς· οἱ δὲ τολμήσαντες, ἑαυτοὺς ἐκ μέσων ἀνήρπασαν τῶν δεινῶν, καὶ τῶν κινδύνων ἀπεγένοντο. καὶ Πλάτων δὲ ὁ Πλήθωνος καθηγητὴς καὶ πρεσβύτερος, μαθητὴς γὰρ ἡμεῖς. ἀλλ' ἐῶ ... καὶ συντατόμενοι ἴσμεν, καὶ πλέον ἐμφιλοτιμούμεθα τούτοις, οὐδ' ὅσον ἐξεῖναι παραβαλεῖν ἢ Πλάτωνι Πλήθωνα, ἢ εἴ τις ἕτερος κατὰ Πλάτωνα. οὗτος τοίνυν, ὁρισθὲν ὑπὸ τῶν ἕνδεκα Σωκράτην ἀποθανεῖν, εἴπερ ἤθελεν εἰπεῖν, οἷόν τε ἂν γενέσθαι, αὐτὸς ἑαυτὸν τοῦ κινδύνου ἐκκλέψαι ἢ φυγῇ ἐπιχειρήσαντα, ἢ χρήματα παρασχόμενον, ἢ ἄλλον γέ τινα τρόπον ἑαυτὸν ὑπεξαγαγόντα. οὐκ ἂν οὔτε αὐτῷ τοῦτο πάντως ἐσόμενον, οὔτε τοῖς ἄλλοις συμβὰν ἄν ποτε ὃ ἐπεχείρησαν, εἰ ὡρισμένον ἦν αὐτοῖς θάτερον ἐξ ἀνάγκης. καὶ τὸν παιδοτρίβην δὲ Ἡρόδικον ὁ Πλάτωνος ἱστορεῖ λόγος, ἐπιθανατίου νοσήματος ὄντος αὐτῷ, διὰ γυμναστικῆς ἐμπειρίας εἰς παντελῆ μὲν ὑγίειαν ἐπαναγαγεῖν τὸ σῶμα οὐ δυνηθῆναι, παρόντα δὲ τὸν θάνατον ἀεί, δι' ἐπινοίας δή τινος ὑπερτίθεσθαι, μὴ ζωῆς ἀσφάλειαν, ἀλλὰ θανάτου παράτα-

σιν

ubique multi multorum flagitiorum peraguntur rei, verorum quidem utplurimum, ſed aliquando etiam falſo affictorum. Neque eſt temere ulla ætas, quæ vacet ejuſmodi exemplis. Ubique vero irrogantur iis pœnæ quædam, & pro ratione delinquentium, & pro judicio eorum qui ad id ubique conſtituti ſunt: (Quanquam ſi fato hæc definita eſſent, eadem flagitia eædem ſemper manſuræ eſſent pœnæ.) Quin & præfinitur puniendis genus ſupplicii. Et nonnullis tamen eorum, ubi id moliti ſunt, licuit judicum manus evadere, quanquam præſens ipſis dicta fuerit pœna, ipſique judices fuerint viri graves, nemoque adfuerit, qui ipſos vindicaret in libertatem. At qui auſi ſunt, e medio ſe eripuerunt diſcrimine, periculumque ſuperarunt. Ipſe Plato, quo Pletho utitur duce: Nec enim noſter eſt. Sumus enim diſcipuli piſcatorum & coriariorum, atque his magis gloriamur, quam quidem, ſi liceat comparationem inſtituere, vel Platone Pletho, vel ſi quis alius Platonem ſequitur. Is igitur Socratem, ab undecemviris capitalibus mortis damnatum, dicit potuiſſe ſe periculo ſurripere, aut fugam moliendo, aut offerendo pecuniam, aut alia denique ratione ſe illis ſubtrahendo: Cum tamen hoc neque Socrati fuiſſet integrum, neque reliquis ſucceſſiſſet, quod auſi erant, ſi alterum illis ex neceſſitate fuiſſet definitum. Herodicum quoque Pædotribam Plato memoriæ prodidit, cum morbo capitali conflictaretur, arte quidem gymnaſtica ad perfectam ſanitatem reducere corpus non potuiſſe; imminentem tamen perpetuo mortem artificio quodam protelaſſe, comparata ſibi, non vitæ ſecuritate, mortis certe procraſtinatione. Quare per-

ειν προπαρασκευαζόμενον ἑκάστῳ. ὅθεν καὶ εἰς ἡμέρας διαρκέσαι, χρόνον ἐπὶ μακρὸν ὑπερτιθεμένῳ θανάτῳ, τὸ μὴ ἀποθανεῖν ἀφαιρούμενον. οὐδὲ γὰρ τοῦτον οὖν τὸν λόγον, ὡς ῥᾳδίως ἡ εἱμαρμένη καταλαμβάνεται, εἴπερ εὑρίσκεται τις τέχνη τὴν ἀνάγκην ἐκλύουσα· εἰ δὲ φαίη, ὅπερ ἑκάστοις ἐγένετο, τοῦτο σφίσιν ὡρισμένον εἶναι καὶ πεπρωμένον· πρῶτον μὲν φιλονεικίας ἀκαίρου τὸν λόγον ἐροῦμεν ἀνάπλεων. οὐ γὰρ ὅτι ὡρισμένον ἦν, καὶ τοῦτο σφίσι συμβῆναι· ἀλλὰ μᾶλλον ἐγνῶσθαί τε καὶ ὡρίσθαι, οὐκ αὐτοῖς, ἀλλὰ τῷ πάντα πρὶν γενέσθαι εἰδότι, ὅπερ αὐτοὶ ποιήσειν τε καὶ πείσεσθαι ἔμελλον· ἔπειτα δὲ καὶ ὡς ἐκείνῳ τὰ τοιαῦτα εἰς κατασκευὴν τοῦ ψεύδους εἰσάγειν, καὶ ἡμῖν ἐξεῖναι, καὶ πολλῷ ἂν δικαιοτέρους τοῖς ἀντικειμένοις εἰς ἀποφυγὴν τοῦ ψεύδους χρῆσθαι καὶ ἀποποιήσειν, καὶ τούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ καὶ εὐλογωτέροις καὶ πλείοσι καὶ σοφωτέροις, ἢ Πλήθων, ἀξιοῦμεν ἀρέσκοντα, οἷς πᾶσιν ὁμολογεῖται, οἷόν τε ἂν εἶναι, καὶ ἀναβολὴν καὶ καταστροφὴν τῶν προεγνωσμένων μεμηχανῆσθαι, ἀλλ' οὐχ ἅπαξ ὑπὸ Διός τε ἐγνῶσθαι ἐξ αἰῶνος αὐτά, καὶ εἱμαρμένῃ δεδόσθαι. οὐ γὰρ εἶναι οὔτε Δία Θεὸν, οὔθ' εἱμαρμένην, ἵνα θ' ὑπ' αὐτῶν τὰ ὁριζόμενα ὁρίζεσθαί πως τῶν γε μὴ ὄντων. ἐῶ γὰρ λέγειν ὅτι καὶ τῶν πρεσβευόντων Δία οὐκ ὀλίγοι, οὐδ' οἱ τυχόντες, ἀλλ' ὧν καὶ παρὰ Πλήθωνι λόγος ἄλλως πολύς, εἱμαρμένην εἶναι οὐ βούλονται· οὐ δὲ περιπεσεῖν ἐνίους τῶν προεγνωσμένων ἐνίοις, καὶ τούτων αὖθις οὐκ ὀλίγους τοῦτο παθεῖν, αὐτῷ τούτῳ τῷ προμεμαθηκέναι καὶ πειρᾶσθαι διαφυγεῖν· αἴτιον, τὸ μὴ εἰδέναι τὴν ἀποφυγὴν μεμηχανῆσθαι, μηδ' ὡς ἂν αὐτοῖς ἐλάτ-

σι-

vixiſſe etiam ad ſenectutem uſque; atque dum longum tempus morti protraheret, ingenioſe effeciſſe, ut interea non moreretur. Ergo ex hac etiam narratione intelligitur, non eſſe infragilem fati vim; ſiquidem reperiri poſſit ars, quæ neceſſitatem debilitet. Si vero dixerit, quod ſingulis eveniat, id eſſe ipſis definitum atque conſtitutum: Primo quidem dicemus, eſſe hanc intempeſtivæ contentionis plenam orationem. Non enim ita connectit: id quod definitum erat, accidiſſe ipſis; ſed potius conſtitutum eſſe ac definitum, non ab ipſis, ſed ab eo, qui omnia præſciat, quicquid ipſi olim facere debeant aut pati. Deinde, ſicut illi talia licuerit ad confirmandum mendacium inducere, ita nobis quoque licere, ac majori quidem cum jure, contrariis uti, ad ſummovendum mendacium. Idque vel eo magis, quo melius congruant cum ratione, quoque pluribus ac ſapientioribus Plethone, probari putemus: Qui uno ore confitentur, poſſe iis, quæ ante conſtituta ſint, quandam liberationem ac depulſionem inveniri, nequaquam vero eſſe omnia ab æternitate ſemel à Jove decreta, fatoque tradita: Nec enim vel eſſe Jovem Deum, neque fatum eſſe, neque ab ipſis, quæ definiantur, definiri, quandoquidem non ſint. Taceo multos eorum, qui Jovem prædicant, & hos quidem non paucos, neque vulgares, ſed magni ceteroquin æſtimatos à Plethone, qui tamen fatum eſſe ſibi non perſuadent. Quod vero nonnulli in quædam ipſis conſtituta inciderint, quodque hoc ipſum acciderit non paucis propterea, quod prædidicerint, atque effugere conati ſint: Ejus rei ratio eſt, quod non ut par erat, neque ut ipſis expediebat, depulſionem moliti ſint. Expediiſ-

Digitized by Google

...ἐλαμβάνοντο, ὡς μήτοι τὰ αὐτῶν ἐπιτρέπον ἑαυτοῖς, ἀλλ' ἐπεχείρουν μὲν αὐτοὶ τὸ εἰς αὐτοὺς ἧκον, τῷ δὲ πάντων ἀγαθῶν αἰτίῳ, τὴν σφῶν αὐτῶν σωτηρίαν ἐπέτρεπον, καὶ σὺν ἐκείνῳ τε καὶ ἐξ ἐκείνου ταύτην ἐζήτουν ἤ... καὶ παρέσχεν ἂν πάντως γ' μέλλον αὐτοῖς τὸ διαφυγεῖν ἃ προμεμαθήκασι λυσιτελὲς ἔσεσθαι· καὶ τούτου χάριν αἱ θεόθεν προγνώσεις τε καὶ προαγορεύσεις τῶν ἐσομένων, οὐκ ἐπὶ χρηστῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ λυπηρῶν, ἵνα ταῖς μὲν χρηστοῖς, τῷ προμεμαθηκέναι χαίροντες ἐπαγάλλοιντό τε καὶ ἐπεκτείνοιντο, ἀποποιοῖντο δὲ τὰ λυπηρὰ, ἐπανορθούμενοί τε τὰ ἐπταισμένα, καὶ πρὸς Θεὸν ἐπιστρέψαντες, τὸν μόνον ἀκύμαντον τῆς σωτηρίας λιμένα. τῶν δ' ἐκ μαντείας προγνώσεων, ὡς μικρῷ πρόσθεν ἐλέγετο, κακία τὸ αἰτιώτατον, καὶ διὰ τοῦτο, ἄφυκτα μὲν οὐ, ἐπαμφοτερίζουσα γὰρ ὡς τὰ πολλὰ, καὶ οὐκ ἄνευ προσδιορισμῶν, ἀποφυγὴν ἐπὶ θάτερα μηχανωμένων ἡ πρόρρησις· ἵν' ὅ ἀποβαίη τοῦτο δοκῇ προμηνύεσθαι. δύσφυκτα δὲ τοῖς προγινώσκουσιν οὕτω καὶ ἐγνωσμένα τε καὶ ἐσόμενα· ὅτι δὴ καὶ ἐκ κακίας ἡ γνῶσις, καὶ ἡ ἀποφυγὴ, μετὰ τοῦ μὴ τὴν κακίαν ἀπολέσθαι σπουδάζεσθαι. εἰ δ' ἐκ κακίας τὴν γνῶσιν ἐσχηκότες, τὴν κακίαν ἀποθέμενοι, τὴν ἀποφυγὴν τῶν ἐγνωσμένων μετ' ἀρετῆς ἐπεζήτουν, κἂν ὑπῆρξε σφίσιν ἀποφυγεῖν τὰ προεγνωσμένα δεινά. οὕτως οὐδ' ἐκ ταυτησὶ τῆς εἰρημένης ἐπιχειρήσεως, τὸ πάντων τῶν μελλόντων ὡρισμένων, οὐδ' εἱμαρμένη ἐξ ἀνάγκης δείκνυται εἶναι· εἰ μὴ καὶ τὸ ἀναγκαῖον δέδεικται πᾶν, μήτε πάντα εἶναι ὡρισμένα τὰ μέλλοντα, μήτε εἱμαρμένην ἐξ ἀνάγκης εἶναι λοιπόν, εἴ γε

τῷ

Digitized by Google

düſſet autem, ut non omnem rem ſibi ipſis permitterent, ſed ipſi quidem experirentur, quantum in ſe erat, verum auctori omnium bonorum ſalutem crederent ſuam, atque cum illo & ex illo eandem quærerent. Quam quidem etiam largitus eſſet, ſi e re illorum putaſſet fore, ut ex iis quæ prædidicerant, evaderent: Hac enim de cauſa præſciuntur divinitus, aut prædicuntur res futuræ, non ſecundæ ſolum, ſed & adverſæ, ut iis quidem, dum prædidicere, gaudio exultarent atque erigerentur, hæc vero amoliri poſſent, corrigentes delicta, atque ad Deum converſi, qui ſolus eſt ſalutis portus tranquillus. Ea vero, quæ divinatione præſciuntur, ut modo diximus, omnino malitia docet, ac propterea non ſunt quidem inevitabilia, ſiquidem prædictio inclinat plerumque in utramque partem, atque adjunctas habet conditiones, ut utrinque inveniant refugium, & quicquid ceciderit, ante ſignificatum ab ipſis videatur; Difficulter tamen evitari poſſunt à præſciis, quæ ita deſtinata ſunt & futura: quoniam & notitiam eorum ſibi compararunt malitia, & ita conantur effugere, ut de malitia iſtac deponenda nihil ſint ſolliciti. Si vero, acquiſita licet per malitiam notitia, deponere illam voluerint, atque ita depulſionem eorum, quæ præfinita erant cum virtute moliri, forte liceret iis ex deſtinatis periculis evadere. Ita ergo ne ex hoc quidem argumento, definita eſſe futura omnia, fatumque eſſe, neceſſario evincitur: ni etiam omne aliud fuit oſtenſum, ſcilicet neque futura omnia eſſe definita, neque eſſe omnino neceſſario fatum. Nam ſi fatum eſſe oſtenditur ex eo, quod futura omnia definita ſint; Viciſſim

τῆς εἱμαρμένης περὶ μελλόντων ἢ εἱμαρμένων δείκνυται ἀδύνατος τῷ μὴ εἱμαρμένῳ εἶναι καὶ μὴ πάντων ἴσως ὅλως καὶ συγχωρήσαιμι, ἑνὸς γοῦν καὶ ὁτουοῦν, μὴ ἂν εἶναι δεικνύοιτο. καὶ ταῦτα ἱκανῶς κατὰ τὴν ἡμετέραν ὡς οἶμαι δέδειχαι δύναμιν.

ΤΕΛΟΣ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

ciſſim ex eo, quod non ſint definita, non dicam omnia, ut omnino hoc concedam, ſed quod unum ſaltem quodcunque non ſit, fatum non eſſe evincetur. Idque pro viribus ſatis ut puto eſt a nobis oſtenſum.

FINIS ORATIONIS PRIMAE.

Digitized by Google

ΜΑΤΘΑΙΟΥ ΤΟΥ ΚΑΜΑΡΙΩΤΟΥ
ΠΡΟΣ
ΠΛΗΘΩΝΑ,
ΠΕΡΙ ΕΙΜΑΡΜΕΝΗΣ,
ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Μέχρι μὲν δὴ τούτου Πλήθων, τὴν οἰκείαν εἴτε χρὴ σοφίαν λέγειν, εἴτε ἀπόνοιαν, εἴτε ἀσέβειαν, εἴθ' ὅ,τι τῳ φίλον ἄλλο καλεῖν, ἐπεδείκνυτο· εἱμαρμένην ἐπιχειρῶν δεικνύειν εἶναι, καὶ τὰ μέλλοντα πάντα ἐξ αἰῶνος ὡρίσθαι ταύτῃ τε καὶ Διΐ, καὶ οὐδὲν ὅ, τι μὴ ὡρισμένον αὐτῶν εἶναι. καὶ ἡμεῖς πρὸς ταῦτα, κατὰ τὴν ἡμετέραν ἀρκούντως, ὡς οἶμαι, δύναμιν, ἀπηντήσαμεν· τὸ ἀσθενὲς τοῦ Πλήθωνος λόγου δύναμιν ἡμετέραν πεποιημένοι, ἀλλ' οὐχὶ θράσει ἐπαρθέντες ἀλογίστῳ. οὐ γὰρ ἀγνοοῦμεν ἡμᾶς αὐτοὺς, ὡς παρασκευῆς ἔχομεν τὰ ἐς λόγους. ὅθεν εἰ μὴ μεγάλην ἑωρῶμεν ἐνοῦσαν ἀσθένειαν τοῖς περὶ εἱμαρμένης Πλήθωνος λόγοις, οὐδ' ἂν οὐδὲ διάραι στόμα τὴν ἀρχὴν ἐτολμήσαμεν· σιωπὴν ἀσφαλῆ ἀντὶ μὴ ἀκινδύνου λόγου αἱρούμενοι, καὶ ἄλλοις τὴν κατ' αὐτῶν παραχωροῦντες ἐγχείρησιν, τοῖς δυναμένοις τὴν αὐτῶν καταπαλαῖσαι νομιζομένην ἂν ἰσχὺν, ἀξίως λόγου τε καὶ σοφίας. ὅπερ καὶ οὐδὲν ἧττον ἴσως οὐκ ὀλίγοι, καὶ μεθ' ἡμᾶς, ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος ποιήσουσιν, ὡς εἰκὸς, ταῖς μᾶλλον πρεπούσαις ποιναῖς καθυποβάλλοντες τὴν ἀσέβειαν. εἰ μὴ τοῦ πάνυ ἀσενοῦς τῶν Πληθωνικῶν καταφρονήσαμεν σοφισμάτων, ὡς πρὸς μηδένα τῶν λόγων μὴ δεῖν αὐτοῖς μηδενὸς λόγου ἀρκούμενοι, τῷ αὐτοὺς ἐφ' ἑαυτοὺς, καὶ μηδενὸς ἀπολογουμένου, διὰ τὴν ἐνοῦσαν αὐτοῖς ἀσθένειαν, ἐξελέγχεσθαι, τοῦ κατ' αὐ-

MATTHÆI CAMARIOTAE

ORATIO II.

IN PLETHONEM, DE FATO.

Hactenus quidem ſuam Pletho ſapientiam dicam an amentiam, an improbitatem, aut ſi quo alio nomine vocanda eſt, declaravit: oſtendere conatus, & eſſe fatum, & futura omnia ex æternitate ab hoc & Jove definita eſſe, nihilque eſſe iſtorum, quod non ſit ante conſtitutum. Nos autem hiſce pro viribus ut puto ſatis obſtitimus, ex imbecillitate rationum Plethonis noſtrum capientes robur, neutiquam vero faſtu quodam perabſurdo elati. Nec enim ignoramus nos, quantulum ſimus inſtructi a ſtudiis literarum, Unde ni magnam ineſſe intellexiſſemus infirmitatem in Plethonis de fato argumentis, ne hiſcere quidem primo eſſemus auſi, & certum ſilentium dubiæ orationi prætuliſſemus: relinquendo aliis eorum refutationem, qui poſſint eam, quæ in illis videatur ineſſe vim, infringere convenienter rationi ac ſapientiæ. Quod forte nihiloſecius non pauci, etiam poſt nos, abundanter, ut puto, facturi ſunt, ac magis dignas ab iſta improbitate ſumturi pœnas. Niſi cavillationum Plethonicarum ſummam ita aſpernentur debilitatem, ut ne ullum quidem argumentorum, ulla dignum putent reſponſione: ſatis habentes, ipſa ſibi relicta, nemine defendente, ſua ſatis imbecillitate refutari, cum eo-

Digitized by Google

αὐτοὺς ψευδεῖς τε ἅμα καὶ ἀσεβοῦς οὕτως ἔχοιτο ἀπαρακαλύπτως, ὡς μηδενὶ νοῦν ἔχοντι μὴ εἶναι κατάδηλον. νῦν δὲ τότε σφόδρα ἀσθενὲς ὁ Πλήθωνος τουτουῒ λόγου, καὶ παντὶ καὶ ὁπωσοῦν ἔχοντι περὶ λόγους εὐκαταγώνιστον, καὶ ἅμα ὁ ὑπὲρ εὐσεβείας ζῆλος, καὶ αὐτῆς ἀληθείας, καὶ ἡμᾶς ἐπῆρεν τούτοις ἐγκεχειρηκέναι, οἷς θέμις ἐγχειρεῖν τοὺς περὶ λόγους ἄμεινον ἔχοντας ἤπερ ἡμεῖς. εἰ δέ τι καὶ ἠνύσαμεν ὅλως, θεῷ χάρις, τῷ καὶ τὰ ἀσθενῆ ἐνισχύοντι ἐπὶ τῇ τῶν ψευδῶν καθαιρέσει, ἵν' ἐκ περιουσίας κρατύνοιτο ἡ ἀλήθεια· καὶ ἡμῖν ἐν ἀνοίξει στόματος διδόντι λόγον, ᾧ ἂν ἔχοιμεν πρὸς τοὺς τῇ ἀληθείᾳ μαχομένους ἀντικαθίστασθαι. εἰ καὶ μέλλοιέν τινες δυσχεραίνειν, τὸ ἧττον ἔχοντα πρὸς λόγους ὁρῶντες, πρὸς τὸ τὰ φιλοσοφίας ἄκρα πατεῖν νομιζόμενον, ἑαυτὸν ἀντικαθιστῶντα· οἷς καὶ μάλα εὐλόγως ἂν εἴποιμεν, μὴ δικαίως ἂν ἡμῖν δυσχεραίνειν, κεκινημένοις, ὅθεν ἤδη πᾶσι γέγονε δῆλον εὐγνωμονοῦσιν· ἀλλὰ τῷ τοιαῦτα ἑλομένῳ ἀσεβεῖν τε καὶ πραγματεύεσθαι, ἅπερ παντὶ καὶ ὁτῳοῦν ἔμελλον εὐκαταγώνιστα εἶναι. εἰ δὲ τινὲς οὐδὲν ἧττον τῷ δυσχεραίνειν ἐπὶ τούτοις ἐπιμένειν αἱροῖντο, βούλοιντ' ἂν οἱ τοιοῦτοι ταῦτα κύρια καθάπαξ εἶναι, ἃ Πλήθων καὶ ἐπρέσβευσε, καὶ ἐπραγματεύσατο, καὶ τίς ἂν αὐτῶν ποιοῖτο λόγον λοιπὸν, ἀσεβοῦντι συνασεβεῖν αἱρουμένων, καὶ συνανοηταίνειν ἀνοηταίνοντι; οἶμαι μὲν οὖν ἱκανῶς ἡμᾶς κατὰ τὴν ἡμετέραν ἀπηντηκέναι δύναμιν, τοῖς ὑπὸ Πλήθωνος περὶ εἱμαρμένης ἀσεβέστατα ἠξιωμένοις καὶ γεγραμμένοις, καὶ μὴ ἂν δεῖν ἡμῖν μηκέτι μηδενὸς περὶ τούτων λόγου λοιπόν. ἐπειδὴ δὲ Πλήθων, ὡς κυρίων ὄντων ἃ γέγραφε, πρὸς ταῦτα καὶ ἀντιτίθησι,

καὶ

Digitized by Google

rum adeo aperta ſit fallacia improbitaſque, ut ne-nemini non mentis compoti debeat eſſe perſpicua. Jam autem inſignis hæcce imbecillitas Plethonicæ orationis, quæ facile poſſit à quovis, utut leviter in literis verſato, refutari, accedente præſertim acerrimo ſtudio pro pietate ipſaque veritate, nobis etiam fecit animum, ut ea aggrederemur, quæ alios, magis quam nos doctrinis eruditos, aggredi fas erat. Enimvero, ſi quid etiam ſumus conſecuti, Deo ſit gratia, qui infirmis addidit robur ad deſtruendum mendacium, ut veritas abundanter confirmaretur argumentis: quique loquentibus nobis ſubminiſtravit verba, quibus veritatis hoſtibus poſſemus reſiſtere. Quanquam forte multi ægre laturi ſint, ubi me viderint minus inſtructum a literis, ei obſiſtere, qui arcem ſibi videatur tenere philoſophiæ. Quibus quidem merito reſponderemus, ipſos nobis ſuccenſere præter rationem, qui iis, quæ candidi omnes perſpexere rationibus, ſimus commoti: Illi vero ſuccenſendum potius eſſe, qui ejuſmodi flagitia committere ac comminiſci in animum induxerint, quæ ab unoquoque facile poſſint confutari. Quodſi nihilominus aliqui inſiſtant iſtud moleſte ferre, ii hæc rata omnino eſſe volent, quæ Pletho & profeſſus eſt & excogitavit. Quis adeo eorum habeat porro rationem, qui decreverint cum homine profano profani eſſe, atque cum inſipiente deſipere? Puto itaque ſatis pro viribus eſſe a nobis diluta, quæ de fato ſumma cum impietate ſenſit ſcripſitque Pletho, neque opus eſſe, ut verbum de his addamus amplius. Quandoquidem vero Pletho, veluti ſis quæ ſcripſit ſua veritas conſtaret, quædam ſibi opponit, conaturque ea quæ ſunt oppoſita, diſſol-

 vere,

Digitized by Google

καὶ τὰ ἀντιτιθέμενα ἐπιλύεται· καὶ ἡμεῖς περὶ αὐτῶν αὖθις πραγματευσόμεθα, μὴ δόξαιμεν τὴν τῶν λεγομένων ὑπερεκπλαγέντες ἰσχὺν, καὶ μὴ δυνάμενοι ἀντοφθαλμῆσαι αὐτοῖς, ἑκόντες ἀνεξέλεγκτα ταῦτα παραλιπεῖν. καίτοι εἰ ὡς κυρίων τῶν προεπικεχειρημένων νομιζομένων, χώραν ἔσχηκεν ἡ ἀντίθεσις, εἰ οὐ κύρια ἐξελήλεγκται, οὐδ' ὑγιὲς οὐδὲν ἔχοντα τοπαράπαν, τῷ ἀντιθέναι τίς χώρα λοιπόν; τούτου δ' ὄντος περιττοῦ, καὶ ἡ ἐπίλυσις τῶν ἀντιτιθεμένων περίεργος, καὶ οὐκ ἂν ἡμῖν οὐδενὸς ἔδει πόνου πρὸς ταῦτα λοιπόν. ἀρκεῖν γὰρ ἤδη, τὸ ἄκυρα ἀποδεδεῖχθαι καὶ ψευδῆ, πάνθ' ὅσα φθάσας γέγραφε περὶ εἱμαρμένης. νῦν δὲ δὴ καὶ δευτέροις ἐγχειροῦμεν λόγοις, ἐν οἷς χάριτι τῇ Πλήθωνος χαριζόμενοι, ἵνα μὴ ἔχοιεν ἐγκαλεῖν ἡμῖν, τὸ πρὸς ταῦτα δὴ τὰ δεύτερα, μὴ ἔχειν ἀντιβλέψαι ἂν τοπαράπαν. ὡς κυρίων οὖν τῶν εἰρημένων ὄντων καὶ ἀντιτίθησι, καὶ ἡ ἀντίθεσις, ὡς αὐτῷ ἔδοξεν ἂν εὐεπιχείρητος εἰς ἐπίλυσιν εἶναι· εἰ καὶ μὴ ἱκανῶς οὐδ' αὐτὴν, μηδὲ μετὰ τοῦ ἀληθεύειν ἐπιλύεται, ὡς δῆλον ἔσται προϊοῦσιν ἡμῖν. οὐ γὰρ οὐχ οἷόν τε, οὐδὲ βουλομένῳ λοιπὸν, ἀληθεύειν, ἐκείνῳ γε καθάπαξ ἠξιωκότι, ἅπερ ἀληθείας ἀπηλλοτρίωται παντελῶς. ἀντιτίθησι τοίνυν διχῇ, ἔκ τε τῆς κατ' ἀνθρώπους ἐλευθερίας, καὶ ἐκ τῆς γινομένης ἐκ θεοῦ δίκης· οὐδ' ἐν τῷ ἀντιτιθέναι τοῦ ἀσεβεῖν ἀφιστάμενος, ἀντὶ θεοῦ θεοὺς παρεισάγων. καίτοι οὕτως ἀντιτιθέναι ὤφειλεν, τῶν ἀντιτιθέντων ὑποδυόμενος τὸ πρόσωπον, ὡς ἀντέθηκαν ἂν, οἱ μετὰ τοῦ ἀληθεύειν ἀντιτιθέμενοι. νῦν δὲ καὶ περὶ αὐτὸ τοῦτο τὰ ἔσχατα φαίνεται κακουργῶν, ἄλλως τε, καὶ ὅτι οὐκ ἂν οἷόν τε ἦν οὐδὲ λόγων ὁπωσοῦν πρὸς τὴν ἀντίθεσιν εὐπορεῖν, εἰ ὡς ἔδει ἀντιτεθείκει. τῇ γὰρ ἀληθεῖ ἀντιτιθέσει, τίς ἂν

ἀν-

vere, nobis etiam eſt de iiſdem rurſus diſpiciendum: ne propterea hæc ſponte videamur abſque refutatione prætermittere, quod vi dictorum ſimus vehementer perculſi, iiſque obluctari non poſſimus. Quanquam ſi, quamdiu rata putantur quæ ante adſtructa ſunt, locus erat objectioni, ubi demonſtrata ſunt, rata non eſſe, & ſani nihil continere, quis amplius locus ſit objectioni non video. Quæ cum ſupervacua ſit, neque nos opus erat in his amplius operam conſumere: ſufficit enim jam eſſe oſtenſum, quod invalida ſint & fallacia, quæ primo de fato ſcripſerat. Nunc tamen etiam ſecundam inſtituimus orationem, in qua Plethonis aliquid gratiæ damus, ne quis accuſare nos poſſit, acſi nihil habuiſſemus, quo poſterioribus hiſce obluctaremur. Injicit itaque dubia, quaſi omnino illa quæ dixerat ſtarent; & ita injicit, quaſi viſa ipſi eſſent facile poſſe diſſolvi. Quanquam illa neque ſatis neque ex vero diſſolvit, uti poſtea declarabimus. Fieri enim non poteſt, ut in poſterum, ne ſi velit quidem, vera dicat, ubi ſemel talia ſibi perſuaſit, quæ a veritate ſunt prorſus aliena. Opponit igitur ſibi potiſſimum duo, liberam ſcilicet hominum voluntatem, & pœnas quas infligat Deus: ne nunc quidem deſiſtens ab impietate, dum Deos pro Deo inducit. Quanquam ita debuiſſet ſibi quid objicere, ut adverſariorum perſonam imitaretur, quemadmodum ii certe feciſſent, qui ingenue candideque quid opponere niterentur. Jam vero manifeſtum eſt, peſſime eundem hac in re eſſe verſatum, cum alia de cauſa, tum quoniam, ſi ut par erat dubia propoſuiſſet, nihil habuiſſet omnino quod ad ea reſponderet. Veræ enim objectioni, quænam poſſit opponi

Digitized by Google

ἀντιτεθείη λόγος εἰς ἐπίλυσιν, λόγος ἄξιος καὶ σπουδῆς· οὐκ ἔχων οὖν εὐπορεῖν λόγων, εἰ ὡς ἔθει ἀντιτεθείκει, ὡς αὐτῷ ἔδοξεν εὔπορος εἶναι εἰς ἐπιχείρησιν, οὕτω καὶ ἀντιτέθειται· φησὶν οὖν· „μάλα εἰ πάντα ὥρισται, φαίη ἄν τις, καὶ οὐδὲν ὅ, τι μὴ ἐξ ἀνάγκης μετείληφε τῶν ὄντων τε καὶ γιγνομένων, ἔκ τε τῶν ἀνθρώπων οἴχοιτ᾽ ἂν ἡ ἐλευθερία, καὶ ἡ δίκη ἐκ τῶν Θεῶν. τῶν μὲν ἀνθρώπων, ἀνάγκῃ ἅττ᾽ ἂν πράττοιεν πραττόντων, καὶ οὐκέτι οὔτ᾽ ἂν κυρίων ἑαυτῶν ὄντων, οὔτ᾽ ἂν ἐλευθέρων· τῶν δὲ Θεῶν, ἤτοι πονηρῶν ἀφεστώτων τοῦ κολάζειν ἂν τοὺς κακούς, ἢ οὐκ ἂν ἐν δίκῃ κολαζόντων, εἴγε δὴ ἀνάγκῃ οἱ κακοὶ κακοί· ἡ μὲν οὖν ἀντίθεσις αὕτη, τῇ μὲν πρὸς ἡμῶν οὖσα, τῇ δ᾽ οὐ πρὸς ἡμῶν, παρόσον ἀντὶ Θεοῦ Θεοὺς παρεισάγει· εἰ δὲ Θεὸς, καὶ ὁ ἀληθὴς, ἀντὶ Θεῶν μεταληφθείη ματαίων, πᾶσά τε πρὸς ἡμῶν ἔσται, καὶ τὸ ἄλυτον ἕξει μεθ᾽ ἑαυτῆς, κἂν εἰ Πλήθων πολλὰ σοφίζοιτο μάτην. ἡμεῖς δὲ καὶ ἄλλως, καὶ ἴσως οὐ χεῖρον, ἐπιχειρήσαιμεν ἄν, ὧδέ πῃ λέγοντες, καὶ μάλα θαῤῥοῦντως. εἰ ἔστιν εἱμαρμένη, καὶ τὰ μέλλοντα πάντα εἵμαρταί τε καὶ ὥρισται, ποῦ τὸ ἀγαθὸν τῆς προνοίας; ἐναντίον γὰρ καὶ πάντῃ ἀξύμβλητον, εἱμαρμένη προνοίᾳ, εἰ δεῖ γε οὕτως εἰπεῖν· εἰ καὶ Πλήθων εἰς ταυτὸν συνάγει πρόνοιάν τε καὶ εἱμαρμένην. πῶς δὲ καὶ ἀγαθὸς ὁ Θεὸς, καὶ ὑπεράγαθος, καὶ παντὸς ἀγαθοῦ αἴτιος καὶ μόνος ἀληθῶς αἴτιος; εἰ γὰρ καὶ ἄλλα τινὰ τινῶν ἀγαθῶν αἴτια, ἀλλὰ μεθέξει τοῦ μόνου ἀγαθοῦ εἰσιν αἴτια. ἢ γὰρ καὶ εἱμαρμένη δι᾽ αὐτόν; καὶ εὐλαβοῦμαι λέγειν, ὅτι ἐντεῦθεν ἕπεται ἄτοπα, ὧν ἔνια ἐν τοῖς ἄνω λόγοις ἐστίν. οὐ γὰρ ἀγαθῶν αἰτία μόνον ἡ εἱμαρμένη, ἀλλὰ καὶ μὴ ἀγαθῶν, εἴγε πάντα καθ᾽ εἱμαρμένην, καὶ οὐδὲν ὅ, τι μὴ κατ᾽ αὐτήν. ἢ ἔσται τι τῷ ἀγαθῷ ἀντικαθιστάμενον, ἡ εἱμαρμένη δη-

Digitized by Google

poni ſolutio, quæ curam mereatur aut diligentiam? Quare ubi non habet, quid reſpondeat, ſi ut par erat dubia moviſſet, ita movet, quemadmodum ipſi viſa ſunt quam facillime poſſe confutari. „ Objiciat quis nobis, inquit: Si omnia definita eſſent, „ nihilque expers eſſet neceſſitatis eorum quæ ſunt „ aut fiunt, ſequeretur, & ex humano genere libertatem exulare, & juſtitiam ex Diis. Quoniam nimirum „ homines ex neceſſitate facerent, quæcunque fecerunt, neque vel ſui amplius arbitrii forent, vel liberi: „ Dii vero vel vacarent omnino à ſuppliciis improborum, vel præter jus faſque punirent, ſiquidem mali „ ſint ex neceſſitate mali. Hæc itaque objectio aliqua ratione noſtra eſt, alia non eſt, quatenus nimirum pro Deo introducit Deos. Quodſi autem verus Deus ſubſtituatur in locum vanorum Deorum, tota erit noſtra, & diſſolvi non poterit, utut fruſtra Pletho multa fuerit cavillatus. Nos vero aliter etiam, nec deterius forte, inſtitueremus rationem, ita dicendo, & admodum quidem confidenter: Si fatum eſt, & futura omnia ſunt conſtituta atque definita, quid facies bonitati providentiæ? nam ſi licet ita dicere, inimicum eſt neque temere conciliandum providentiæ fatum, quanquam Pletho providentiam & fatum cogit in unum. Quomodo præterea bonus erit Deus, ac ſumme bonus, omniſque boni auctor, & ſolus vere auctor? (Quamvis enim & aliæ nonnullæ res bona quædam efficiant, tamen dum participes ſunt unici boni efficiunt.) Aut enim fatum per Deum: ſed metuo dicere quæ hinc abſurda fluant, quorum ſupra commemoravimus nonnulla. Non enim bonorum modo cauſa erit fatum, ſed & malorum, ſiquidem omnia fiant fato, nihilque eodem

Digitized by Google

ἀπηλάθη, ὃ τῶν ὄντων ὀρεκτικόν τε καὶ ποιητικόν. καὶ οὕτως, ἢ οὐδενὸς τῶν ὄντων αἴτιον τὸ ἀγαθόν, ἢ οὐκ αὐτὴ αἴτιον, ἀλλὰ δι᾽ ἣν τὰ ὄντα ὁρίζεται. καὶ παρίημι τέως λέγειν τὴν ἐνθεωρουμένην ἂν μάχην τῷ ἀγαθῷ καὶ τῇ εἱμαρμένῃ, εἰ ἀλλήλοις ἀντικαθίσταιτο· ἑκάτερον γὰρ ἑκατέρῳ ἐναντιούσεται, καὶ ἀνελεῖν διανοήσεται θάτερον. ὃ εἰ μὲν δυνήσεται θάτερον, οὐκ ἔσται τὸ ἕτερον· εἰ δὲ μὴ δυνήσεται, οὐ παντοδύναμον τὸ ἀγαθόν. εἰ δὲ ἰσοπαλὴς ἡ δύναμις ἐν ἀμφοῖν, ὡς μάχεσθαί τε ἀλλήλοις, καὶ οὐδὲν ἧττον εἶναί τε ἄμφω, καὶ σώζεσθαι, τῆς ἰσότητος τῆς ἑκατέρου δυνάμεως ἄμφω συντηρούσης, τε καὶ διασωζούσης· πρῶτον μὲν, συνεκταθήσεται αὐτοῖς ὁ πόλεμος ἐς αἰῶνι, ἐσχάτην ὑφισταμένοις καὶ ἀπέραντον ταλαιπωρίαν, ἀνήνυτα μάχεσθαι καὶ πονεῖν. ὃ πῶς αὐτοῖς τὸ ἀγαθὸν καὶ ἄλυπον, καὶ ἀπαθὲς καὶ εὔδαιμον διασώσεται, ἐφιεμένοις μὲν τὸ λυποῦν ἐκ μέσου ποιῆσαι, μὴ μέντοι καὶ δυναμένοις; ἔπειτα δὲ, διατί ἰσοπαλὴς ἡ τοιαύτη δύναμις ἐν ἀμφοῖν· ἢ διὰ τἀγαθόν; ἢ οὖν ἄμφω δι᾽ ἕτερον, ἢ θάτερον διὰ τὸ λοιπόν. ἑκατέρως δὲ ἔσται διὰ τἀγαθὸν τὸ μὴ ἀγαθόν. ἢ γὰρ ἄμφω ἀγαθὰ, ἢ θάτερον. ἀλλ᾽ ἄμφω μὲν οὐκ ἂν εἴη· οὐ γὰρ ἂν οὐδ᾽ ἀντικαθίσταιτο, οὐδ᾽ ἁπλῶς ἂν εἶεν ἀγαθὰ, ἀλλὰ πῇ, διαφόρως γὰρ ἀγαθὰ ἔσται... ἢ οὖν οὐδέτερον ἀγαθὸν, εἴγε μὴ ἁπλῶς ἀγαθὸν, ἢ θάτερον μὲν, θάτερον δὲ μή· ἓν γὰρ τὸ κυρίως ἀγαθόν. εἰ δὲ τὸ ἓν ἀγαθὸν, θάτερον ὡς εἴρηται οὐκ ἀγαθόν. ἀλλὰ τὸ μὲν ἀγαθὸν, μὴ

ἀγα-

Digitized by Google

invito fiat. Aut certe erit aliquid quod repugnet bono, nimirum fatum, quod omnia definiat & efficiat: Atque ita vel nullius rei cauſa erit bonum illud ſummum, vel fatum nullius erit, & à Jove quæ ſunt omnia definientur. Prætereo interim ſilentio, quæ intelligi poſſit eſſe pugna inter bonum & providentiam, ſi invicem opponantur. Alterum enim adverſabitur alteri, & tollere conabitur alterum. Quod ſi alterum poſſit perficere, alterum erit nullum. Si non poſſit, bonum iſtud non gaudebit conſummata potentia. Si vero æquales in utroque vires dicas, ut & pugnent inter ſe, & ſint nihilominus ambo atque conſerventur, quod æqualitas virium utriuſque, conſervet eadem & tueatur: Primo quidem bellum hocce in æternitatem extrahetur, dum interea ſummam hanc & interminatam miſeriam ſuſtinent, ut nihil proficientia pugnent laborentque. Quod qui poſſit illis bonitatem, vacuitatemque ægritudinis & moleſtiæ, omnem denique felicitatem relinquere, ubi conentur quidem id quod moleſtiam afferat, tollere e medio, neque tamen poſſint? Deinde vero, quidnam eſt, quod æqualem illam ambobus dedit potentiam: Num bonum aliquod? Aut igitur ambo ſunt pet aliud, aut alterum ex altero. Sed utroque modo a bono, id quod non bonum eſt manabit. Nam aut ambo bona ſunt, aut alterutrum. Sed ambo eſſe nequeunt. Nec enim ſibi invicem repugnarent: neque eſſent prorſus bona, ſed aliqua tantum ex parte, quoniam cum varietate bona eſſent. Aut igitur neutrum bonum, ſiquidem prorſus bonum non eſt, aut alterutrum tantum: unicum enim eſt bonum eminens. Si vero unum tantum bonum eſt, alterum, ut diximus, non eſt

Digitized by Google

ἀγαθὸν λέγειν, ἀνόητον. λείπεται δὴ, τοῦτο εἶναι τὴν εἱμαρμένην. ἣ οὖν οὐκ ἀγαθὸν οὖσα, ἐκ μέσου ἔσται διὰ τἀγαθόν· ἢ οὐ παντοδύναμον τὸ ἀγαθόν· ἢ οὐ μόνον ἀγαθῶν αἴτιον τὸ ἀγαθόν. ἀλλὰ μὴν καὶ παντοδύναμον τὸ ἀγαθὸν, καὶ παντὸς ἀγαθοῦ αἴτιον, κακοῦ δὲ οὐδενός. οὐκ ἄρα ἐστὶν οὐδὲν τὸ παράπαν ἡ εἱμαρμένη. καὶ μὴν οὐδ' ἐνδεχόμενον ἔσται οὐδὲν, οὐδὲ τὸ ὁπότερ' ἔτυχεν, εἰ ὡρισμένα τε εἴη καὶ εἱμαρμένα πάντα τὰ μέλλοντα, οὐδὲ βουλεύεσθαι δέοι ἂν, οὐδὲ πραγματεύεσθαι. ὃ γὰρ πάντως εἵμαρται, βουλευομένοις ἔσται καὶ μὴ, πραγματευομένοις τε ὁμοίως καὶ μηδὲν πράττουσι παντάπασιν. καὶ τί δεῖ λοιπὸν βουλευτήρια συγκροτεῖν, καὶ πράξεσιν ἐγχειρεῖν. οὐ δεόντως ἀλλ' εἰς κενὸν πονοῦντας; εἰ καθ' εἱμαρμένην ἅπαντα, καὶ οὐδὲν παρὰ τὴν ἡμετέραν πρᾶξίν τε καὶ ἐνέργειαν· οὐδ' αὐτὸ τὸ ἐνεργεῖν ἡμᾶς, ὡς οὕτως εἰπεῖν, κατὰ τὴν εἱμαρμένην πάντα τιθέμενον. ἃ καὶ ἐπ' ἄπειρόν πως τὴν εἱμαρμένην ἀναβιβάσεται, εἱμαρμένης ἐξ εἱμαρμένης ἐγειρομένης, καὶ οὐδαμοῦ οἵου τε ὄντος εὑρεθῆναι, οὗ στήσεται ἡ ἀναγωγή. οὐ δέοι ἂν οὖν, οὐδὲ βουλεύεσθαι, οὐδὲ πραγματεύεσθαι. τὸ γὰρ ἐπικλωσθὲν εἱμαρμένῃ, τοῦτο ἐγρηγορόσι τε ὁμοίως καὶ καθεύδουσιν ἔσται. οὐ δὴ δέοι ἂν ἔτι πρὸς τούτοις οὐ γεωργεῖν, οὐ ναυτίλλεσθαι, οὐκ ἐμπορεύεσθαι, οὐ στρατεύεσθαι, οὐ δικάζειν, οὐ κρίνειν· τέχνη τε πᾶσα καὶ πᾶν ἐπιτήδευμα ἐκ μέσου ἔσται γεγενημένον· ῥᾳστώνη δὲ πᾶσα, καὶ ἀπραξία, καὶ ἄνεσις τὸν ἀνθρώπινον καταλήψεται βίον· ὃ γὰρ ἐξ ἑκάστου τῶν ἐν πράξεσιν ἡμῖν ἐγγίνεσθαι εἴωθεν, ἢ ἔσται οὐδὲν ἧττον, [illegible] εἱμαρμένῃ δοκοίη. ἀλλ' εἰ ταῦτα τῇδε παρὰ πᾶσι κρατήσαι,

ταχὺ

Digitized by Google

bonum. Sed cum id quod bonum eſt, non bonum dicere velle ſit abſurdum, relinquitur, hoc in fatum convenire. Quare cum fatum ſit illud non bonum, aut tolli poterit a bono, aut bonum iſtud non poterit omnia efficere, aut certe non bonorum unice cauſa erit. At vero ſummum bonum & gaudet potentia abſoluta, & omnis boni cauſa eſt, nullius autem mali. Efficitur ergo, nihil eſſe omnino fatum. Præterea, neque contingens quicquam foret aut fortuitum, ſi definita eſſent omnia futura, fatoque conſtituta. Quin neque neceſſe foret deliberare, aut operam alicui rei dare. Nam quod omnino fieri fatum eſt, & deliberantibus eveniet, & non deliberantibus, laborantibus juxta & nihil agentibus. Quid vero attinet porro curias conſtituere, & rebus gerendis admovere manum, cum minus neceſſariam ac inutilem conſumturi eſſemus operam, ſi fato fierent omnia, nihil autem noſtra opera & labore, ne illud quidem ipſum quod laboremus, ut ejus concludam veſtigiis, qui ad fatum omnia refert. Id quod infinitam fatorum ſeriem producet, ubi fatum ſeverit fatum, ac nullus inveniri poſſit terminus, in quo illa fatorum ſeries conſiſtat. Non ergo neceſſe erit conſilia agitare, aut in aliquid incumbere. Nam quod deſtinatum eſt a fato, vigilantibus æque ac dormientibus eveniet. Præterea vero non opus erit agrum colere, aut navigationes inſtituere, non mercaturam exercere, non ſtipendia facere, non diſceptare cauſas aut dijudicare: Omnis ars, omne ſtudium erit e medio ſublatum, deſidia vero ac inertia & otium, vitam occupabunt humanam. Nam quod unaquaque actione ſolemus conſequi, aut eſt futurum, aut non eſt, prout fato fuerit viſum. At ſi iſta hic obtinerent:

Digitized by Google

πηχὺ ἂν ἐκ μόνης εἴη, τά τ' ἀνθρώπινα πάντα, καὶ σὺν αὐτοῖς ἄνθρωπος ἑπομένως, ἐπεὶ μὴ οἷόν τε, εἶναι ἄνθρωπον ἀνθρωπίνων χωρίς. εἰ δὲ καὶ ταῦτα καθ' εἱμαρμένην, ἢ οὐ μόνον ἀγαθῶν αἰτία ἡ εἱμαρμένη, ἀλλὰ καὶ μὴ ἀγαθῶν· ἢ ἄλλη μὲν ἀγαθῶν, ἄλλη δὲ μὴ ἀγαθῶν. καὶ οὕτω δύο ἔσονται εἱμαρμέναι. εἰ δὲ δύο, τί κωλύει, καὶ πολλὰς εἶναι· μᾶλλον δὲ καὶ ἀπείρους, ἑκάστου τῶν ὄντων ἑκάστοτε εἱμαρμένης ἑπομένης ἰδίας. θαυμάζω δὲ καὶ εἰ τὸ μέν τις ἀρετὴν, τὸ δὲ κακίαν καλέσει, οὔσης εἱμαρμένης. τὸ γὰρ αἱρεῖσθαι τῇ ἀνάγκῃ δεδόσθαι, οὐ συνάδεται. καὶ εἰ παιδεύσει τις τὸν υἱὸν, εἱμαρμένης οὔσης. εἰ γὰρ οὕτως εἵμαρται παιδεύσεται καὶ τοῦ μὴ παιδεύοντος· εἰ δὲ μὴ εἵμαρται, οὐ παιδεύσεται, κἂν πᾶσαν αὐτὸς εἰσάγῃ περὶ τὸ παιδεῦσαι σπουδήν. τίς δὲ καὶ τὸν δοῦλον κολάσεται ἁμαρτάνοντα, ἢ τὴν γυναῖκα εἰς δικαστήριον ἀναβιβάσεται μοιχευθεῖσαν, ἢ τὸν ἁλόντα φόνῳ κρινεῖ, καὶ ὑπὲρ τοῦ φονευθέντος δικάσεσθαι, καὶ δίκην λήψεσθαι παρ' αὐτοῦ; οὐ γὰρ ἑκόντες, ἀλλ' ἀνάγκῃ τε καὶ εἱμαρμένῃ τούτοις περιπεπτώκασιν. ὥστε οὐ μόνον οὐ κολάσεως, ἀλλὰ καὶ ἀμοιβῶν ἄξιοι, πειθαρχοῦντες εὐγνωμόνως, οἷς ἔδοξεν εἱμαρμένῃ· ἀνάγκῃ δέ τινι καὶ ἀφύκτῳ βίᾳ συνελαυνόμενοι πρὸς ἕκαστα τῶν ἀπηριθμημένων, καὶ ὅσα τοῖς ἀπηριθμημένοις παραπλήσια, ἃ ἑκάστοτε χρόνος καὶ βίος ἑκάστων ἔχει ἔργα τε καὶ παθήματα. εἰ μὴ καὶ τὰ πρότερα καθ' εἱμαρμένην λέξει τις, καὶ τὰ ὕστερον ὁμοίως ἐκ τῆς αὐτῆς. ἀλλὰ ταῦτα παιζόντων, ἵνα μὴ ἀσεβούντων εἴπω· ἀλλ' οὐ σπουδαζόντων ἂν εἴη, καὶ παισὶν ἐοικότων, ἐν ἀγορᾷ παίζουσιν, οἰκοδομοῦσί τε, καὶ αὖ καταλύουσιν, ἃ φθάσαντες ᾠκοδόμησαν. εἰ δὴ ταῦτά τε καὶ τὰ τοιαῦτα (πάντα γὰρ

ἀπα-

rent apud omnes, celeriter & de rebus humanis a-ctum foret, & adeo de hominibus ipſis, ſiquidem vivere ſine rebus humanis homines nequeunt. Jam ſi hæc quoque fato fierent, aut non bonorum modo fatum erit cauſa, ſed & malorum: aut aliud fatum bonorum erit, aliud malorum, adeoque duo erunt fata. Quod ſi eſt, quid prohibet etiam plura eſ-ſe, imo infinita, ut ſingulæ res ſuo quælibet fato regantur. Miror etiam, ſi quis poſſit vel hoc vir-tutem, vel illud vitium vocare, ſtante fato. Male enim conſonant hæc, agere cum propoſito, & ne-ceſſitati ſervire. Miror quoque, ſi quis filium e-rudiat, cum fatum ſit. Nam ſi ita fato conſtitutum ſit, eruditus fiet, etiam illo non erudiente; ſin mi-nus, rudis omnium literarum relinquetur, utut is omnem in inſtituendo adhibuerit diligentiam. Quis præterea aut delinquentem ſervum puniet, aut u-xorem deprehenſam in adulterio rapiet in jus, aut cædis reum condemnabit, & cauſam orabit occiſi, aut ab illo pœnam ſumet? Non enim iſti ſponte, ſed neceſſitate ac fato in hæc omnia inciderunt: Ut proinde non tantum non pœnis, ſed & præmiis di-gni ſint, quod iis quæ fato viſa ſunt æquo animo pareant, vel quod neceſſitate quadam ac vi ine-luctabili adigantur ad ſingula, quæ ipſis dimenſa ſunt, aut quas dimenſis ſimiles, quodque tempus & cujuſque vita continet actiones vel affectiones. Niſi quis & priora illa fato, & poſteriora hæc non abſque eodem fieri dixerit. Sed hæc ludentium ſunt; ne profanorum dicam; certe non ſerio rem tractantium, & pueris ſimillimorum, qui ludunt in foro & ædifi-cant, rurſus vero deſtruunt quæ ante exſtruxerant. Si igitur hæc & ſimilia: (omnia enim annumerare

cum

[illegible] [illegible] ἄλλας τε ἢ ὅτι μὴ [illegible] περὶ τούτων ἡμῖν λέγειν, ἱκανῶς ἀνεσκευασμένων τῶν τὴν εἱμαρμένην εἰσαγόντων λόγων· ἀλλ' οὖσαν μόνην [illegible] καὶ ἄλλως [illegible] δυνατὸν εἶναι, ἀλλ' οὐχὶ μόνον ὡς [illegible] Πλήθων ἠξίωσεν.) εἰ δὴ ταῦτά τε καὶ τὰ τοιαῦτα ὡς ἀληθῶς ἄτοπα καὶ ἀδύνατα, οὔτε εἱμαρμένη λοιπόν ἐστιν, οὔτε τὰ μέλλοντα πάντα [illegible] ἐξ αἰῶνος, καὶ [illegible] καθ' εἱμαρμένην. [illegible] μὲν οὖν τις [illegible] λόγους ἀντιθείη πρὸς τοὺς εἱμαρμένην τιθεμένους, ταῦτα καὶ τοιαῦτά ἐστιν. Πλήθων δὲ τὴν αὐτῷ προχειρισθεῖσαν ἀντίθεσιν [illegible], μέχρι μέν τινος ὀρθῶς ἔχοντος λόγου, καὶ τῇ ἀληθείᾳ συνᾴδει. εἶθ' ὥσπερ [illegible] ἐκτραπεὶς τῆς εὐθείας, ἐπὶ τὴν ἰδίαν ἠρέμα πως ἀσέβειαν ὑποκατακλίνεται.
„ Φησὶν οὖν, τοὺς μὲν ἀνθρώπους κυ-
„ ρίους ἂν ἑαυτῶν εἶναι· οὐ τῷ μὴ ὑπ' οὐδενὸς ἂν [illegible]
„ παν ἄρχεσθαι, μήτε τοῦ ἄλλου, μήτ' ἂν αὐτοῦ Θεοῦ. (εἰ
„ καὶ Θεοὺς αὐτὸς ἀντὶ Θεοῦ τίθησιν.) ἀλλὰ τῷ ἔχειν μέν
„ τι ἐν ἑαυτοῖς ἄρχον, τὸ φρονοῦν, τὸ δὲ πολὺ ἀρχόμε-
„ νον. καὶ οὐ πολλοῦ τούτου ἓν, τὸ φρονοῦν τε καὶ φύσει βέλ-
„ τιστον τῶν ἡμετέρων, κύριον ἂν εἶναι. αὐτὸ δὲ δὴ τὸ φρο-
„ νοῦν, ὡς οὐκέτ' ἄρχοιτο ὑπ' οὐδενός, [illegible] ἂν εἴη [illegible].
[illegible] μὲν δὴ τούτου ἔχεσθαί τι καὶ αὐτὸς ἀληθείας [illegible] κύριοι γὰρ [illegible] ἀληθῶς οἱ ἄνθρωποι, οὐ τῷ μὴ ὑπ' οὐδενὸς ἄρχεσθαι. ἄρχονται γὰρ θεόθεν, ὡς ὑπὸ δημιουργοῦ καὶ δεσπότου, καὶ πᾶσαν ἀγαθὴν δόσιν, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἐκεῖθεν ἔχοντες, ὡς τὰ λόγιά φησιν, [illegible] τοῦ πατρὸς [illegible] τῶν φώτων. ἀλλὰ τῷ ἔχειν καὶ αὐτοὺς τὸ μέν τι ἄρχον ἐν ἑαυτοῖς, τὸ φρονοῦν (ὅπερ καὶ) [illegible] εἰκόνα Θεοῦ λέγομεν γεγενῆσθαι, καθ' ὃ [illegible] ἐστὶ

τὸ

cum alia de cauſa moroſum foret, tum quoniam operæ pretium non eſt, de his amplius dicere, poſtquam abunde confutata ſunt argumenta, quæ fatum inducere videbantur, niſi quantum opus eſt, ut oſtendamus, aliter etiam premi poſſe, quam quidem premere Plethoni placuit.) Si igitur hæc, inquam, & ſimilia vere ſunt abſurda ac fieri non poſſunt, efficitur, neque fatum eſſe, neque futura omnia eſſe definita ab æternitate, & fato evenire. Quæ quis itaque poſſit iis qui fatum ponunt, cum ratione opponere, hæc fere ſunt & ſimilia. Pletho autem, dum dubium allatum conatur diſſolvere, aliquatenus quidem ſequitur rectam rationem, atque concinit cum veritate; deinde vero, quaſi data opera deflectens a recta via, ad ſuam paulatim revertitur impietatem. Dicit itaque, „ homines eſſe ſui juris & arbitrii, non quidem, ut nullius pareant imperio, vel alius cujuſdam, vel ipſius Dei; (quanquam Deos ipſe ponit loco Dei.) Sed ut habeant intra ſeſe quendam principatum, ſcilicet mentem, pleraque vero, quæ pareant imperio: Et multorum quidem horum, unam quæ optimum ſit natura in nobis, dominam eſſe mentem. Ipſa vero mens quod porro nemini pareat, dici non poſſe. Hactenus quidem ipſe etiam Pletho ſtare videtur a veritate. Vere enim ſui ſunt arbitrii homines, non quidem, ut nemini pareant: Parent enim Deo, tanquam opifici ac domino, omneque bonum donum, & omne perfectum munus, ut oracula divina dicunt, ab ipſo nanciſcuntur, Patre illo luminum; Sed ut ipſi quoque habeant in ſe principatum quendam, videlicet mentem, ſecundum quam dicuntur etiam ad imaginem divinam eſſe conditi,

τὸ ἐπιθυμητικόν τε καὶ αὐτεξούσιον· τὸ δὲ πολὺ ἀρχόμενον, τὸ θυμούμενόν τε καὶ ὀρεγόμενον. (περὶ γὰρ τῆς ἀρχῆς τοῦ ἔξω τοῦ ἀνθρώπου, παρίημι λέγειν,) ὧν τὸ δεσπόζον τὸ φρονοῦν ὑπερκαθῆται, ἡνιοχεῖν τε αὐτά, ὥς τις ἡνίοχος, καὶ συλλαγωγεῖν ἑαυτῷ, καὶ τὴν ἐπὶ τὰ χείρω ἀναστέλλων ὁρμήν. εἰ μόνον ἑαυτῷ προσέχοι, τοῦ ἰδίου ἀκλινῶς ἐχόμενον ἀξιώματος, καὶ μὴ συγκατασπῷτο ταῖς ἀλόγοις δυνάμεσι, συγκαθελκούσαις ἀπὸ τοῦ ἰδίου ὕψους ἐπὶ τὴν ἑαυτῶν ταπεινότητα· τῷ πλέον ἢ χρῆν καθυφεῖναι τὸν χαλινόν, ὡς συναπαγαγεῖν ἐφ᾽ ἅπερ οὐ θέμις τὸν ἡγεμόνα. καθάπερ ἵππος τοῦ ἀναβάτου τῆς ἡνίας ὑποχαλασθείσης αὐτῷ, ὅτε καὶ ἀκάθεκτος γίνεται τῷ τῆς φορᾶς ἀτάκτῳ, τῷ τὸν χαλινὸν ἐνδακεῖν, καὶ μηκέτι οἷόν τε εἶναι αὐτὸν τὸν ἐπὶ τὰ πρόσω φορᾶς ἐπισχεῖν, καθάπαξ ὡς οὐκ ἐχρῆν τὴν ἀρχὴν ἐξουσίαν εἰληφότα θεῖν ἀκαθέκτως· καὶ ἀλόγως οὕτω φερόμενον, κατὰ κρημνῶν τε ἐμβὰν οὕτως καὶ σκολόπων ἀπωθοῦντα, καὶ τῷ βιαίῳ τῆς ὁρμῆς συντρίβοντά τε καὶ ἀπολλύντα. οὕτω καὶ τὸ τῶν ἀλόγων ἡγεμονεύειν τεταγμένον δυνάμεων, αἷς ἀρρήτως συνέζευκται, εἰ μὴ προσέχοι ἑαυτῷ, συγκατασπᾶταί τε καὶ συγκαθέλκεται ταύταις, καὶ συγκαταπίπτει, ὥσπερ κατὰ κρημνῶν τινων καὶ σκολόπων ἀπορριπτόμενον, κατὰ τῶν ἀπ᾽ αὐτῶν τικτομένων ποικίλων παθῶν, οἷς συντρίβεται καὶ ἀπόλλυται, τῷ βιαίῳ τῆς ὁρμῆς, μηκέτι μηδ᾽ ἐπισχεῖν σχεδὸν ἐξισχῦον αὐτά. ὃ κατὰ μικρὸν οὕτω καὶ πρὸς τὸν τῆς ἀπογνώσεως καταπέμπει βυθόν, ὅθεν οὐκ ἔστιν οὐδ᾽ ἀνανεῦσαι, πολλῷ τῷ τῶν παθῶν βάρει κατατεινόμενον, ἅπερ αὐτῷ ἐπεφορτίσατο, τῷ ἑαυτῷ μὴ προσέχειν. εἰ μὲν οὖν συνᾴδει τῇ ἀληθείᾳ, ταῦτά τε καὶ ἐπὶ τοσοῦτον εἰ μὴ κα-

κεῖ-

& in qua ineſt facultas, cum propoſito ac pro arbitrio agendi. Pleraque vero quæ parent, ſunt iraſcendi atque appetendi facultates, (nam in quæ externa homo dominetur, taceo.) Quibus tanquam domina præſidet mens, quaſque gubernat velut auriga equos, atque ſub ſuam poteſtatem ſubjungit, reprimitque, ne in pejora ruant: modo ſibi ipſi caveat, neque a propria ſe dignitate moveri deflectique patiatur, ac niſi brutis abripiatur facultatibus, quæ laxatis plus juſto frenis, eam de proprio faſtigio detrahant ad humilem ſuam conditionem, atque ad ea deferant, ad quæ deſerri imperantem non decet. Quemadmodum ſeſſorem ſolet admiſſus equus: qui, ubi propter immoderatum impetum jam difficulter poteſt retineri, atque frenum ſimul mordet, nec ipſe ſe reprimere poteſt a præcipiti curſu, poſtquam ſemel, præter quod fieri primo decebat, adeptus eſt poteſtatem currendi effuſius, ſeſſorem temere ac imprudenter vectum, per præcipitia quoque ſi contingat, atque prærupta loca detrudit, impetuque vehementiori conterit perditque Ita quoque, quod facultatibus brutis debet imperitare, quodque iis incomprehenſa ratione junctum eſt, ni ſibi caveat, trahitur illis atque abripitur, & veluti per præcipitia ac prærupta loca projectum defertur, per varias nimirum, quas illæ pariunt, animi perturbationes, quibus conteritur perditurque, dum propter effrenum impetum cohibere illas nequit amplius; atque ita brevi in barathrum deſperationis detruditur, unde ne caput quidem tollere poſſit, proſtratum ingenti pondere affectuum; quibus ſe incautum ante oneraverat. Quæ quidem igitur conveniunt cum veritate, hæc fere ſunt & hactenus: niſi

νοῦς αὐτοὺς, ὡς ἡμεῖς, διηρθρωμένως ἐκτίθησι καὶ σα-φῶς, ὁπωσοῦν ἀκριβείας ἐχόμενος. ἐφεξῆς δὲ, ὡς οἱ πα-ραχαράκται τὸ νόμισμα κιβδηλεύουσιν, οὕτω καὶ αὐτὸς κε-κιβδηλευμένῳ νοῒ, τῇ τῆς ἀληθείας ἁπλότητι δέον ᾠήθη
„ μὴ ἐμμεμενηκέναι. διὸ καὶ φησίν· αὐτὸ δὲ τὸ φρονεῖν εἰς
οὐκέτ' ἂν ἄρχοιτο ὑπ' οὐδενὸς, οὐκ ἂν εἴη εἰπεῖν· ὃ πρῶτον
„ μὲν τοῖς ἔξω πράγμασι φαίνοιτ' ἂν ἑπόμενον. ἔπειτα,
„ εἰ καὶ μὴ ὡσαύτως ἅπασιν ἀνθρώποις, τὸ φρονεῖν τοῦτο
„ ὑπὸ τῶν αὐτῶν πραγμάτων φαίνεται διατιθέμενον,
„ οὐκ ἂν ὀρθῶς τις οἰηθείη, μηδ' ἐξ ἀνάγκης ἂν ἕπεσθαι
„ αὐτὸ τοῖς πράγμασι. δῆλον γάρ ἐστι τοῦτο συμβαῖνον,
„ παρά τε τὴν ἰδίαν αὐτοῦ τοῦ φρονοῦντος ἑκάστοτε φύσιν,
„ παρά τε τὴν ἄσκησιν. ἄρχεσθαι φησὶ τὸ ἐν ἀνθρώποις
φρονεῖν, καὶ τούτου δεῖγμα εἶναι, τὸ τοῖς ἔξω φαίνεσθαι πράγ-μασιν ἕπεσθαι· ὃ ταυτὸν ἂν εἴη, τῷ ὑπὸ τῶν ἔξω πραγμά-των ἄρχεσθαι. οὐ γὰρ ἂν αὐτοῖς ἂν εἵπετο φαίη, μὴ ἀρχό-μενον ὑπ' αὐτῶν· οὐδ' ἂν ἦν τοῦτο τοῦ ἄρχεσθαι τεκμήριον, εἰ μὴ ὡς ἀρχόμενον πρὸς ἄρχοντα εἶχεν. οὐ τοίνυν ὑπὸ Θεοῦ μόνον ἄνθρωπος ἄρχεται, ὅπερ ὁ τῆς ἀληθείας βούλεται λόγος, οὐδ' ὑφ' ἑαυτοῦ μόνον, κατὰ δεύτερον λόγον, ὡς αὐ-τοκράτορα αὐτὸν ἑαυτοῦ εἶναι· ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν ἔξω πραγ-μάτων. ὡς μὴ τῷ δημιουργῷ καὶ ποιητῇ, μηδ' ἑαυτῷ μό-νον εἶναι ἀρχόμενον, ἀλλὰ μετ' ἐκείνων καὶ πολλοῖς ἄλ-λοις. τὸ δ' οὕτω πολλοῖς δουλεύειν, πῶς τὴν ἐλευθερίαν τῷ δουλεύοντι διασώσεται· καὶ μάλισθ' ὅτε καὶ μὴ μονοει-δὲς τὸ ἄρχειν, ἀλλὰ διάφορον; οὐ γὰρ ὅ γε δὴ λόγος τῆς ἄνω-θεν ἀρχῆς, ὁ αὐτὸς ἂν εἴη καὶ τῶν ἔξω πραγμάτων. Θεὸς μὲν γὰρ ἀνθρώπων ἄρχει, τῷ ποιητὴς εἶναι καὶ δεσπότης αὐτῶν, καὶ μὴ βιάζεσθαι, ἀλλ' οὕτως ἐᾶν ὡς βούλονται

ζῆν,

Digitized by Google

niſi quod ipſe non exponat adeo articulatim & dilucide, quomodocunque tuitus accurationem. Deinde vero ſicut adulteratores ſolent nummos adulterare, ſic ipſe etiam, adulterata mente, ſimplicitati veritatis ſibi non inhærendum amplius duxit, ideoque dicit: „ Ipſa vero mens quod porro pareat „ nemini, dici non poteſt: Quippe quam primo „ quidem res externas ſequi, ſatis eſt manifeſtum. „ Deinde, licet non in omnibus, ab iiſdem rebus, „ eodem affici modo intelligatur, minus tamen re„ cte quis judicet, illam propterea non ex neceſſi„ tate res ſequi: Siquidem apparet, hoc & a diver„ ſa cujuſque mentis natura, & ab exercitatione pro„ ficiſci. Imperio dicit ſubeſſe mentem humanam, atque huic argumento eſſe, quod res externas ſequi conſpiciatur. Quod eodem redit, ac ſi illam dixiſſet rebus externis parere. Neque enim, ratiocineris licet, ſequeretur illas, niſi eſſet illis ſubjecta: neque hoc argumento foret, mentem ſub imperio eſſe, niſi eadem ejus eſſet erga res ratio, quæ parentis eſt erga imperantem. Ergo non tantum Deo paret homo, quod veritatis ratio docet, neque, quod dari etiam debet, ſibimet ipſi, ut ſui ſit ipſe arbitrii; verum etiam rebus externis: Ut adeo non architecti ſolum & opificis ſui, ſed & multorum præterea aliorum imperio ſubſit. Sed cum adeo multis ferviat, quomodo quæ ſerva eſt, ſuam tuebitur libertatem, præcipue cum non unius generis ſit, ſed varia ſervitus? Non enim qualis eſt imperii divini ratio, eadem temere eſt rerum externarum. Deus enim hominibus imperat, quod opifex eorum ac dominus eſt; non quidem ut eos cogat, ſed ut vivere ſinat, uti libuerit, poſtquam eos ſemel liberam

volun-

[illegible] ἀλλ᾽
[illegible] εἰ ἄρχει, ὃ τοῦτ᾽ ἐστὶν ἄρξει τὸν τρόπον, ἀλλ᾽ ἕτερον, καὶ αὐτὸν διάφορον ἑαυτῷ. „ ταὐτὸ γὰρ ὅτιοῦν, πλείοσι μὲν, „ διαφέρουσι δέ πη ἀλλήλων, περιπίπτειν, ὥς τι δεῖ- [illegible] τὰ παθήματα: ἐξ ἀνάγκης [illegible] „ περιχεῖσθαι, φησὶν ὁ Πλάτωνος λόγος. ἄρχει δὴ τὰ ἔξω διαφορὰς ἐν ἀνθρώποις φρονοῦντος, ὃς δὴ καὶ χα- [illegible] ται. ἄρξει δὲ καὶ ἄψυχα ἐμψύχου, καὶ αἰσθητικοῦ ἀναίσθητα, ἄλογά τε λογικοῦ, καὶ νοῦ μὴ μετέχοντα μετέχοντος [illegible] ὑπὸ πάντων καὶ [illegible] ἀτιμοτάτων ἀρχθήσεται. καὶ τί τούτου γένοιτ᾽ ἂν αἴσχιον; εἰ δὲ τις [illegible] ὑπὸ [illegible] ἵνα καὶ [illegible] Πλάτων ἐβούλετο λέγειν. νῦν δὲ μηδὲν [illegible] δῆλός ἐστι [illegible] ὑπὸ [illegible] ὑπὸ πάντων, εἰ καὶ μὴ [illegible] ὑπὸ [illegible] τὰ ἐν ἑκάστοις φρονεῖν [illegible] ὑπὸ πάντων, ἀλλ᾽ [illegible] ὅσοις γὰρ [illegible] ὑπὸ [illegible] καὶ [illegible]

voluntate ornavit. At res externæ ſi imperent, non hoc ſed alio imperabunt modo, & eodem vario.
„ Nam eadem res quæcunque, pluribus quidem,
„ ſed aliqua inter ſe ratione diverſis, occurrens, ut
„ efficiens quid, diverſas etiam neceſſario affectio-
„ nes producet, ut Plethonis perhibet oratio. Res igitur externæ vario modo humanæ menti imperabunt, quod ſane moleſtiſſimum neceſſe eſt genus eſſe ſervitutis, neque ſecum ſatis conſpirans: Idque vel eo magis, quoniam contrariis quoque parere cogetur. Imperabunt præterea inanima animali, ſenſili inſenſilia, bruta ratione prædito, mente vacua mente utenti: Quod an ſatis conveniat, cui libuerit expendendum relinquimus. Quin ſi omnia ſectabitur mens; viliſſimis quibuſcunque parebit: Quo quid fieri poſſit turpius? Si quædam tantum ſequetur, quibuſdam pareat, ſane id indicari verbis oportebat, ut quid ſibi vellet Pletho, ſciri poſſet. Jam vero cum propoſitionem ad nihil reſtringat, manifeſtum eſt, mentem ex Plethonis ſententia omnes res ſequi, adeoque omnibus rebus parere. Affici enim illam dicit ab omnibus, quanquam non uno in omnibus modo. At enim, ſi maxime non omnibus, ſed quibuſdam tantum rebus externis pareat, libertatis nihilominus ratio non ſervabitur. Quot enim res ſequetur, totidem rebus parebit, totidem rebus ſerviet: quod quomodo poſſit libertatis rationem tueri? Si vero aliud eſſe dixerit ſequi, aliud parere, mentemque ita ſequi res, ut eundem cum illis agnoſcat dominum, non autem ut iis pareat: reſpondebimus, non debere igitur ex eo, quod mens nonnulla ſequatur, eandem imperio ſubjectam eſſe oſtendi, ſed ex ejuſmodi re, quæ ipſi imperet. Nam ex eo, quod non imperat, evince-

re

ρειν εἴπω μηδέν, οὐ πάνυ τοι εὐπρεπές· πρὸς γὰρ ἀρχόμενα, ἄρχον, οὐχὶ, μὴ ἄρχον λέγεται. ἄλλο οὖν τὸ τοῖς ἔξω ἕπεσθαι δείκνυσθαι, ἀλλ' οὐχὶ τὸ εἶναι ἀρχόμενον τὸ φρονοῦν. εἰ δὲ μὴ ἄλλο, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο, ταυτὸν ἄρα βούλεται τῷ ἄρχεσθαι τὸ ἕπεσθαι εἶναι. καὶ πῶς οὐχ ἃ πρόσθεν ἐλέγετο, ἐξ ἀνάγκης ἕψεται πάντα; εἰ δὲ λέγοι, μὴ τὰ ἔξω πράγματα, αὐτὰ καθ' ἑαυτά, τοῦ ἐν ἀνθρώποις ἄρχειν φρονοῦντος, ἀλλὰ τὴν ἀφ' ἑκάστου τῶν πραγμάτων ἐγγινομένην τῷ φρονοῦντι διάθεσιν, ἐκείνην εἶναι τὴν ἄρχουσαν, διατιθεῖσαν διατιθεμένου. πρῶτον μέν, εἰ αἱ διαθέσεις πολλαὶ καὶ διάφοροι, καὶ ἐναντίαι τῶν ἐναντίων, ὅσα τὰ διατιθέντα, ὑπὸ τοσούτων διατιθήσεταί τε καὶ ἀρχθήσεται, καὶ τοσούτοις δουλεύσει τὸ φρονοῦν, ὃ κἀν τοῖς πρόσθεν ἐλέγετο λόγοις. ἔπειτα, οὐδ' ὧν τὸ φρονοῦν ἄρχειν λέγεται, οὐδὲ τούτων αὐτὸ ἄρξει. τὰ γὰρ ἔξω ἔσται, τὰ τὸ πολὺ ἐν ἀνθρώποις διατιθέντα, οὗπερ τὸ φρονοῦν ἓν ὂν ἄρχειν ἐλέγετο. τοῖς γὰρ ἔξω τὸ ἡδόμενόν τε ἡσθήσεται, καὶ θυμώσεται τὸ θυμούμενον. αὐτὰ γὰρ δήπου τὰ ἔξω δηλαδή, τὸ θυμούμενόν τε καὶ ἡδόμενον οὕτως ἢ ἐκείνως διατιθέναι· καὶ τί διοίσει τοῦ ἀλόγου τὸ λογικόν; εἰ δὲ τοῖς μὲν διατιθεῖσι ταῦτα συνδιατίθεται, τὸ δὲ φρονοῦν ἡγεμόνος τάξιν ἐπέχον, ἐπὶ θάτερα προτρέπεται ἢ ἀποτρέπεται, οὐχ ᾗ τοῖς ἔξω ἕπεται, τοῦτο ποιεῖ. ἐκεῖνα γὰρ τοιῶσδε ἢ τοιῶσδε διατίθησιν, αὐτὸ δὲ, ᾗ ἐκεῖνα διατίθησιν, οὐ πάντως ἕπεσθαι συγχωρεῖ. εἰ μὴ καὶ τοὐναντίον, ἐκ πολλῆς τῆς κατὰ τὸ ἄρχειν ὑπεροχῆς, ἔσθ' ὅτε τὸ διατιθέμενον, τῷ τῆς ἀρχῆς κατάγχον ἀξιώματι, οὐκ ἐπιτρέπει οὐδαμῶς ἕπεσθαι τοῖς διατιθεῖσιν, ᾗ ἐκεῖνα πέφυκε διατιθέναι. εἰ μὴ τύχοι τις ἐκλελυμένος οὕτως,

καὶ

Digitized by Google

re velle, quod aliud pareat, id quidem, ne quid pejus dicam, parum convenit. Parenti enim imperans, non quod imperio deſtituitur, reſpondet. Ergo diverſum eſt, cum mens ſequi res externas oſtenditur, neque idem eſt, ac quod ſub imperio ſit. Aut ſi diverſum non eſt, ſed idem, idem etiam ſtatuet eſſe, ſequi & parere. Quidni ergo quæ ſupra diximus, neceſſario ſequerentur? Si vero dixerit, res externas ipſas per ſe non imperare humanæ menti, ſed quæ a ſingulis rebus excitetur in mente affectio, illam eſſe quæ imperet, affectamque afficiat. Primo quidem, ſi affectiones multæ ſunt & variæ, ac contrariæ contrariis, ſequetur, ut quot ſunt res quæ mentem afficiunt, à totidem rebus afficiatur, totidem rebus pareat ſerviatque, quod ſupra quoque monuimus. Deinde, ne iis quidem mens ipſa imperabit, quibus imperare dicitur. Nam res externæ maximam illam hominis partem afficient, cujus tamen una mens domina eſſe dicta fuit. Per res enim externas & quod gaudet in homine gaudebit, & quod iraſcitur iraſcetur, ſiquidem illæ ipſæ utramque facultatem hoc aut illo modo afficiant: qua ratione quid tandem inter brutum ac ratione præditum intererit? Si autem illæ quidem facultates à rebus afficientibus affici ſe patiuntur, mens vero imperantis functa officio, vel impellit eas in alterutram partem, vel revocat, ſane iſtud non facit, quatenus res externas ſequitur. Nam hae quidem hoc aut aut alio modo afficiunt facultates, ipſa vero non ſinit eas motui ab illis impreſſo prorſus obſecundare. Quin contra aliquando, pro eminenti ſuo imperio, facultates affectas principatus ſui auctoritate repreſſas, plane non patietur cedere rebus afficientibus, prout illæ natura ſua ſolent affice-

Digitized by Google

καὶ τοσαύτη κεχρημένος ἀβελτηρίᾳ, ὡς τὴν τάξιν ἐναλλάττειν ἐν ἑαυτῷ, ἄρχεσθαι μὲν ποιῶν τὸ τεταγμένον ἄρχειν, τὸ δὲ τὴν τοῦ ἄρχεσθαι τάξιν εἰληφὸς, ἄρχειν ἐκ τοῦ ἐναντίου παρασκευάζων, καὶ δουλεύειν μὲν τὸ δεσπόζον, τὸ δ᾽ αὖ δουλεῦον, δεσπόζειν ἀνοήτως οὕτω μεταποιῶν, οὐχ ᾗ οὖν τοῖς ἔξω ἕπεται τοῦτο ποιεῖ, ἀλλ᾽ ᾗ προσέχει ἑαυτῷ, καὶ τῆς τῶν ἔξω προσπαθείας καὶ διαθέσεως ἀνώτερόν τε διατηρεῖ καὶ ἐλεύθερον. εἰ δὲ τὰς μὲν διαθέσεις τῶν διατιθέντων κατ᾽ αὐτὰς τῶν διατιθεμένων οὐκ αἰτιάσεται, ἀλλά τινα μεσιτεύουσαν ἐν ἀμφοτέροις δύναμιν, καθ᾽ ἣν τὰ μὲν διατίθησι, τὰ δὲ διατίθεται, καὶ τοῦτο τὸ βουλόμενον ἴσως αὐτῷ, ἵνα δὴ τὴν εἱμαρμένην οὕτω παρεισενέγκῃ· πρῶτον μὲν τὸ ζητούμενον ὡς ὁμολογούμενον εἴληφεν. ἔπειτα, εἰ δυνάμει τινὶ, καὶ τὰ διατιθέντα διατίθησι, καὶ τὰ διατιθέμενα διατίθεται, διατί ἡ δύναμις αὕτη εἱμαρμένη ἐστὶ, ἀλλ᾽ οὐχὶ, ἤτοι ἡ φύσις τοῦ διατιθέντος καὶ ὃ διατίθεται, ἡ μὲν τόδε πεφυκυῖα διατιθέναι, ἡ δ᾽ ὑπὸ τοῦδε διατίθεσθαι. οὐ γὰρ πάντα, οὐδ᾽ ὑπὸ πάντων, ἢ διατίθησιν ἢ διατίθεται, ἀλλὰ τὰ πεφυκότα, καὶ ὑπὸ τῶν πεφυκότων. ἢ ἡ θέλησις, ἢ ἡ προσπάθεια, ἣν τὸ διατιθέμενον πρὸς τὰ διατιθέντα πέφυκεν ἔχειν, ἧς ἡγεμὼν τὸ λογιζόμενον ὑπεριδρύσθαι τέτακται τῷ δημιουργῷ, παρ᾽ οὗ καὶ τοῖς διατιθεῖσι τὸ διατιθέναι, καὶ τοῖς διατιθεμένοις τὸ διατίθεσθαι, καὶ τῷ ἡγεμόνι νῷ, τὸ κρίνοντα, θάτερα αἱρεῖσθαι ἢ θάτερα. τάδε μὲν ἀπταίστως, καὶ μετὰ τοῦ ὀρθοῦ λόγου ἅτε προσπαθείας ἐκτὸς, καὶ τῇ πρὸς τὸ οἰκεῖον ἀξίωμα μόνον ἐπιστροφῇ· ἐκεῖνα δ᾽ οὐκ ἀπταίστως, οὐδὲ μετὰ τοῦ ὀρθοῦ λόγου, οὐδὲ προσπαθείας ἐκτὸς, οὐδὲ μετὰ τοῦ πρὸς τὸ οἰκεῖον ἀξίωμα μόνον ἐπιστρέφειν, ὡς θέμις. οὐ γὰρ μετὰ τῶν τοῦ ὄντως

ἀγα-

Digitized by Google

cere. Niſi temere quis adeo langueat atque amens ſit, ut muneris ordinem in ſeſe permutet, ac parere jubeat, quod imperare debebat, idque viciſſim cujus erat obedire, imperans conſtituat, & proinde domino ſervi, ſervo autem domini partes inepte det. Quare mens hoc non facit, quatenus res externas ſequitur, ſed quatenus ſibi ipſi paret, & a rerum externarum affectione ac diſpoſitione principatum ſuum libertatemque tuetur. Quodſi cauſam, cur afficiantur res, ad res afficientes per ſe conſideratas non retulerit, ſed ad quandam intervenientem utriſque vim, ſecundum quam aliæ afficiant, aliæ afficiantur, quæ forte Plethonis ſententia eſt, ut fatum ita furtim ſimul introducat: Primo, quod eſt in quæſtione, ſumit pro confeſſo. Deinde, ſi ejuſmodi quadam vi & afficiunt res & afficiuntur, cur eandem fatum eſſe dices, & non potius vel naturam ejus rei quæ afficit & afficitur, a qua utrinque id habeant, ut vel afficere poſſint vel affici: Non enim omnia, nec ab omnibus aut afficiunt aut afficiuntur, ſed quæ natura ad utrumque comparata ſunt. Vel etiam inclinationem aut propenſionem, quam natura rei affectæ erga afficientem ingeneravit, & cui mentem tanquam ducem præſidere voluit opifex. A quo ſane rebus afficientibus id eſt, ut poſſint afficere, & affectis ut afficiantur, atque menti imperanti, ut judicando alterutrum queat eligere. Alia quidem abſque vitio & cum recta ratione, quæ ſine perturbatione animi, & conſulta unice propria auctoritate eligit: alia vero non ſine vitio, neque cum recta ratione, aut abſque commotione animi, conſultaque unice propria auctoritate, ut fieri par erat. Neque enim eliguntur hæc cum veri

ἀγαθοῦ κρίσεως, ἀλλὰ μετά τινος ἀμυδρᾶς φαντασίας τοῦ ἀγαθοῦ. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τῶν φαύλων οὐδὲν οὐδεὶς αἱρεῖται, ἄνευ οἱασοῦν τοῦ ἀγαθοῦ φαντασίας, εἰ καὶ πεπλανημένη τίς ἐστιν αὕτη, παρά τε τὴν θέλησιν καὶ προσπάθειαν, τοῦ ἡγεμόνος τῷ ἰδίῳ ἀξιώματι κατ᾽ αὐτῶν μὴ χρωμένου, ἣ θέμις ἦν χρῆσθαι· ὡς ἔμελλεν ἄν ἥ τε προσπάθεια ἐξορίζεσθαι, καὶ ἡ θέλησις τοῦ ὄντως ἀλλὰ μὴ τοῦ φαινομένου γίνεσθαι ἀγαθοῦ, καὶ τὸ κυρίως ἡδὺ ζητεῖν, ἀλλὰ μὴ ᾧ τὸ τοῦ ἡδέος ἀμυδρόν τε καὶ πεπλανημένον ἐνθεωρούμενόν ἐστιν ἴνδαλμα. διατί οὖν οὐχὶ ἤτοι τούτων τι ἔσται, ἀντὶ τῆς εἱμαρμένης, τὸ μεταξὺ τοῦ διατιθέντος καὶ διατιθεμένου· ἤτοι καὶ μᾶλλον, ἡ σχέσις, ἣν ἄνθρωπος κατ᾽ ἐξαίρετον λόγῳ τετιμημένος, ἔχειν πρὸς τὰ ἔξω τέτακται πάντα, καθ᾽ ἣν μᾶλλον καὶ δεσπότου τάξιν, ἀλλ᾽ οὐχὶ δούλου ἐν τοῖς οὖσιν ἅπασιν ἔχει· ἢ ἵνα ἀκριβέστερον εἴπω, καθ᾽ ἣν διατιθείη ἂν ὁ ἐπιστήμων πρὸς ἐπιστητόν: ὅπερ ἐστὶ τὸ ἐνεξουσιάζειν τῇ θεωρίᾳ τῶν ὄντων, ὡς ἔχειν ἀπὸ τῶν δημιουργημάτων, πολλῶν ὄντων, καὶ πάντων ποικίλων τε καὶ παγκάλων, πολλὰς ἐν ἑαυτῷ καὶ ποικίλας ἐπιστήμας ἀναλαμβάνειν, πάσας δ᾽ ἀνατείνειν εἰς μίαν ἀπλανῆ καὶ ἄπταιστον ἐπιστήμην, δι᾽ ἧς καὶ ἐξ ἧς ἅπασα γνῶσίς τε καὶ κατάληψις. αὕτη δ᾽ ἐστὶ, καθ᾽ ἣν ἔχοιμεν ἂν ἀξίως πρὸς Θεὸν ἀνατείνεσθαι, ἐξ αὐτοῦ τε ἀρχόμενοι, καὶ εἰς αὐτὸν τελευτῶντες, ὡς θέμις εὐλόγως οὕτως ἀληθευομένου λοιπὸν, ὃ τῷ μακαρίῳ Παύλῳ εἰρημένον ἐστὶ, τοῦ ἐκ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως τὸν γενεσιουργὸν θεωρεῖσθαι. πᾶσαν γὰρ τὴν ὁρατὴν τήνδε κτίσιν, ὁ δημιουργὸς Θεὸς, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν, εἶτα καὶ τὸν ἄνθρωπον διαπλάσας, ὥσπερ βασιλεῖ τὰ βασίλεια προευτρεπίσας, οἷς παραγενόμε-

Digitized by Google

boni judicio, ſed cum obſcura quadam perſuaſione boni. Quandoquidem nemo quicquam eligit pravi, niſi ſub qualicunque boni ſpecie, quanquam falſa eſt propter voluntatis propenſionem ac perturbationem. Dum nimirum Imperator ſua adverſus illa auctoritate ut fieri debebat non utitur: quo ſcilicet modo poſſet perturbatio exterminari, & propenſio ad verum non fallax bonum dirigi, atque ad genuinam voluptatem ferri, non illam quæ tenuem fallacemque voluptatis præberet ſpeciem. Cur ergo non aut horum quiddam potius quam fatum, medium eſſe inter res afficientes atque affectas dicendum eſt, vel quod malim, relatio illa quæ eſſe debet inter hominem, modo eminenti ratione præditum, atque inter res externas: Secundum quam domini potius quam ſervi partes illum tueri decet in rerum univerſitate, vel ut accuratius dicam, ſecundum quam afficietur, ut ſciens erga res quæ ſub ſcientiam cadunt. Hoc eſt, ut pro arbitrio rerum contemplationem diſponat, atque adeo poſſit rerum creatarum, quæ multæ ſunt & variæ pulcherrimæque, multas in ſe variaſque recipere ſcientias, omnes vero intendere in unam certam ſtabilemque ſcientiam, per quam & ex qua omnis ſit cognitio atque perceptio. Eſt vero hæc ejuſmodi, ut per eam recte poſſimus ad Deum evehi, ab ipſo petentes principium, & ad ipſum finem dirigentes, ceu fieri par eſt: Ut adeo eleganter veritas conſtet illi, quod dixit S. Paulus, ex magnitudine pulchritudineque rerum creatarum, inſtituta comparatione, opificem conſpici. Nam omnem hunc viſibilem mundum conditor Deus ex nihilo produxit, ac deinde conformavit hominem, poſtquam illi tanquam Regi re-

Digitized by Google

κόμενος ἐπαναπαύσεσθαι ἔμελλεν, δέδωκεν αὐτῇ ἐνεξουσιάζειν, πάντα τε τὰ ἐν αὐτῇ καρποῦσθαι, καὶ ἐκ πάντων ἐπὶ τὸν ποιητὴν ἀνατείνεσθαι, ὥς φησιν ὁ θεῖος ἀπόστολος· τὰ ἀόρατα τοῦ Θεοῦ, ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα, καθορᾶνται. ὑφήπλωται οὖν ἡ σύμπασα κτίσις, τὸν ἄνθρωπον αὐτῇ ἐνεξουσιάζειν, οὗ χάριν καὶ τὴν ἀρχὴν εἰς τὸ εἶναι παρήχθη. οὐ γὰρ δὴ μάτην ἐστὶ παρηγμένη πως ἡ τοσαύτη καὶ τηλικαύτη. οὐδὲ τοῦ Θεοῦ χάριν. τὸ γὰρ θεῖον ἀνενδεές. ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἀγγελικῶν δυνάμεων ἕνεκεν. ἀσώματοι γὰρ αὗται, καὶ σωματικοῦ δεόμεναι οὐδενός. οὐδὲ γὰρ οὐδ' αὐτοῦ τοῦ τόπου, ὅν τινες περιϋφισῶσι τοῖς ἀσωμάτοις, ὡς περιγραπτοί πως ὄντες, μόνον γὰρ τὸ θεῖον ἀπερίγραπτον, ἐμπεριλαμβάνεσθαι ἔμελλον. ὁ γὰρ καὶ τοῦ τόπου ποιητής, καὶ τῶν ἀσωμάτων οὐσιῶν καὶ ἀΰλων, ἠδύνατο καὶ πρὶν παραγαγεῖν τόπον, τὰς ἀΰλους οὐσίας ὑποστῆσαι, καὶ οὐδὲν ἧττον, καὶ τόπον αὐταῖς δοῦναι, αὐτὸς αὐταῖς, εἰ οὕτω θέμις εἰπεῖν, γενόμενος τόπος. ἐπεὶ οὐδὲ λέγεται κυρίως τόπος ἐπὶ τῶν ἀΰλων οὐσιῶν. σομάτων γὰρ ὁ τόπος, καὶ τῶν διαστάσεσι μετρουμένων, οὐκ ἀσωμάτων, οὐδὲ διαστάσεων ἀπηλλαγμένων. ἢ τίς ἂν καὶ εἴη γε τοῦ ἀσωμάτου διάστασις; εἴπερ πᾶσα διάστασις ἐν μήκει θεωρεῖται καὶ πλάτει καὶ βάθει, καὶ παρὰ ταύτας οὐκ ἔστιν οὐδ' ἐπινοῆσαι ἄλλην διάστασιν. εἰ οὖν καὶ περιγράφεσθαι λέγονται αἱ ἄϋλοι καὶ ἀσώματοι οὐσίαι, καὶ ἔν τινι καταλαμβάνεσθαι τόπῳ, ἀλλ' οὐ κυρίως ἐπ' αὐτῶν λέγεται ταῦτα, ἀλλ' ἵνα μὴ οὕτως ἔχειν ἀσωμάτως οἰηθῶμεν αὐτὰς, καὶ πάντη ἀπεριγράπτως, ὡς πάντα περιλαμβανούσας ἅμα, καὶ πανταχοῦ οὔσας, καὶ πάντα πληρούσας, ὡς

τὸ

giam prius adornaverat, in qua adventans requieſceret: Deditque facultatem, qua mundo ut lubitum foret, uteretur, atque ex omnibus in illo rebus commoditates caperet, ex omnibus denique ad opificem erigi poſſet, ut divus Apoſtolus inquit: Inviſibilis Dei natura ex creatione mundi, hoc eſt operibus ejus intellecta perſpicitur. Mundus ergo univerſus viſibilis expanſus eſt, ut eodem homo pro arbitrio uteretur, cujus etiam gratia ſub initium ex nihilo eſt productus. Neque enim fruſtra tanta ac talis facta eſt rerum molitio. Non Dei gratia. Is enim nullius indigus eſt rei. Sed nec angelorum ergo. Sunt enim incorporales, nullaque re corporea indigent, ne ipſo quidem loco, quem nonnulli priorem conſtituunt incorporalibus: quo circumſcripti ſcilicet, cum ſolus Deus ſit incircumſcriptus, deberent comprehendi. Nam qui locum effecit & entia incorporalia ac immaterialia, potuit iis, etiam ante quam locum efficeret, dare ſubſiſtentiam, & nihilominus concedere locum, ipſe illis, ſi fas eſt ita loqui, locus futurus. Nam de ſubſtantiis immaterialibus proprie locus non dicitur, qui corporum eſt, & eorum quæ diſtantiis metiri decet, neutiquam vero rerum incorporalium & quæ diſtantiæ ſunt expertes. Quæ enim quæſo incorporalis ſit diſtantia, ſiquidem diſtantia omnis in longo lato ac profundo conſpicitur, præterque hæc ne excogitari quidem ulla poteſt alia. Si igitur circumſcribi etiam dicuntur immateriales incorporaleſque ſubſtantiæ, atque aliquo loco comprehendi, id tamen non proprie de iis dicitur, ſed ne illas opinemur ita eſſe incorporales & undiquaque incircumſcriptas, ut omnia ſimul complectantur, & ubique ſint,

τὸ θεῖον λέγομεν ἔχειν. οὐ γὰρ πανταχοῦ οὐδεμία τῶν ἀΰλων δυνάμεων πάρεστιν, οὐδὲ τὰ πάντα οὐδεμία, ὡς ὁ Θεὸς τὰ πάντα πληροῖ, πανταχοῦ τε ὤν, καὶ οὐδαμοῦ, ὡς οὐ δεόμενος τόπου. οὐδὲ ἀεί ἐστιν οὐδεμία, πᾶσα πρεσβύτερον αὐτῆς ἔχουσα τὸ μὴ εἶναι, καὶ ἐκ τούτου εἰς τὸ εἶναι παραχθεῖσα, διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητα. τῷ δὲ ὀξυκινήτῳ, εἰ οὕτω χρὴ φάναι, τῆς ἀΰλου φύσεως, ἀσώματος οὐσία πᾶσα, ἐν ἀκαρεῖ πάντα διαθέει τόπον, οὐ διειργομένη οὐδενὶ διαστήματι. ὡς καὶ ὁ ἡμέτερος νοῦς, τὰ γῆς διέρχεται πέρατα, καὶ βυθὸν θαλάσσης ἀνερευνᾷ, καὶ ὕψους οὐρανίου ἐπιβαίνει, καὶ θειοτέρων ἐννοιῶν ἅπτεται· οὐ διειργόμενος οὐδενὶ διαστήματι, ἀλλ' ἀπόνως οὕτω καὶ ἀπαθῶς ὡς οὕτως εἰπεῖν, ἅμα τῷ τῆς φύσεως ὀξυκινήτῳ γινόμενος πανταχοῦ, καίτοι μὴ πανταχοῦ ἅμα ὤν, μηδὲ ἅμα πάντα περιλαμβάνων. καὶ οὕτως ἔν τε τόπῳ πᾶσα ἄϋλος οὐσία λέγεται εἶναι, καὶ αὖ οὐ δεῖσθαι τόπου πρὸς τὸ εἶναι. ὅτι μὴ ὡς τὰ ἐν τόπῳ ὄντα, οὐδεμία ἄϋλος οὐσία ἐστίν. οὐ δὴ οὖν οὐδὲ τῶν ἀγγελικῶν δυνάμεων ἕνεκεν, ἡ ὁρατὴ κτίσις ἐστὶ παρηγμένη. οὐ γὰρ ἀπὸ ταύτης ἐπὶ τὸν ποιητὴν ἔμελλον ἀναβαίνεσθαι, νόες οὖσαι, καὶ νοερῶς ἀεὶ ἑνούμεναι τῷ Θεῷ, σωματικοῦ παντὸς πάθους ἐκτός. ἀλλ' οὐδὲ χάριν τῶν μὴ μετεχόντων νοῦ αἰσθητῶν παρηγμένη ἂν εἴη ἡ ὁρατὴ κτίσις, καίτοι καὶ αὐτῶν πῃ ἐφιεμένων τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ τῆς θείας ἀμηγέπη μετεχόντων ἀγαθότητος, ἐπεὶ μηδὲν ὅλως τῶν ὄντων, ὃ τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητος ἀμοιρεῖ. οὐ γὰρ θεωρητικὰ τὰ μὴ μετέχοντα νοῦ, αἰσθήσει ζῶντα μόνον, καὶ ὁρμῇ κινούμενα φυσικῇ, καὶ οὐδενὸς ὑψηλοτέρου οἷά τε ὄντα

ἀν-

ſint, atque omnia impleant, qualem Dei eſſe naturam dicimus. Nullum enim ens incorporale ubique præſens eſt: nullum implet omnia præter Deum, qui & ubique eſt, & nuſquam eſt, quatenus loco non eget. Neque ullum eſt ſempiternum, ſiquidem omnibus nihilum anteceſſit, ex quo divina bonitate facta ſunt aliquid. Sed quoniam ens incorporale id habet a natura immateriali, ut celeriter quaſi moveri poſſit, fit, ut in puncto temporis omnem locum percurrat, nullo interſtitio diremtum. Quemadmodum & mens noſtra terræ fines permeat, & maris inveſtigat fundum, & ad cœli faſtigium aſcendit, & divinas ſcrutatur cogitiones, nullo impedita intervallo, ſed quaſi abſque labore atque moleſtia, ſumma ſua agilitate ubique vagata, licet non ſit ſimul ubique, nec omnia ſimul comprehendat. Ita ergo omnis ſubſtantia immaterialis dicitur eſſe in loco, rurſus autem loco non indigere ut exiſtat, ſiquidem nullius ſubſtantiæ immaterialis par eſt ratio, atque eorum quæ in loco ſunt. Quare nec angelorum gratia mundus viſibilis eſt productus. Non enim per hunc poterant ad Deum evehi, qui mentes erant, & mentaliter ſemper, atque procul ab omni affectione corporea, erant cum Deo conjuncti. Sed neque ſenſilium ergo, quæ mente vacant, viſibilis hic mundus poteſt eſſe productus, quanquam illa quoque aliqua ratione appetunt bonum, & divinam quodammodo bonitatem participant, ſiquidem nihil in univerſum rerum eſt, quod ejus expers ſit. Nam quæ vacant mente, apta non ſunt ad contemplandum, ſenſu autem vivunt unice, & impetu naturali moventur, neque poſſunt quicquam

Digitized by Google

ἀντιλαμβάνεσθαι. οὐδ' ἑαυτῆς χάριν. οὐ γὰρ δή, οὐδὲ αὐτὴ καθ' αὑτήν, τοῦ ἀγαθοῦ θεωρητική, ἀλλὰ διὰ νοῦν, καὶ τὰ μετέχοντα νοῦ· καθ' αὑτὴν δὲ ἄνους καὶ ἀκίνητος πρὸς πᾶσαν ἐνέργειαν νοεράν. εἰ γὰρ καὶ πάντα τὰ ἔργα κυρίως τὸν κύριον εὐλογεῖ, ἀλλ' οὐ καθ' αὑτά. οὐ γὰρ πάντα θεωρητικά. ἀλλὰ διὰ τὰ νοῦ μετέχοντα, καὶ νοοῦντα, καὶ τῇ ἀπὸ τῶν ἔργων τοῦ θεοῦ θεωρίᾳ, ἐπὶ τὸν ποιητὴν τῶν ἔργων ἀνατεινόμενα, καὶ δι' ἕκαστον τῷ θεῷ τὴν εὐλογίαν καὶ τὸν ὕμνον ἀφοσιοῦντα. εἰ οὖν μήτε μάτην ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἡ ὁρατὴ δεδημιούργηται κτίσις, μήτε δι' αὐτόν, μήτε διὰ τὰς ἀγγελικὰς οὐσίας καὶ φύσεις, μήτε διὰ τῶν αἰσθητῶν τὰ μὴ μετέχοντα νοῦ, μήτε δι' αὑτήν, τί τὸ λοιπόμενον; ἢ δηλονότι ὃ τῶν αἰσθητῶν, τὸ αὐτὸ μετείληφε καὶ νοῦ. τοιοῦτον δὲ οὐδὲν ἄλλο, ἢ ἄνθρωπος μόνον. εἰ δὲ διὰ τὸν ἄνθρωπον ἡ κτίσις, βέλτιον δὲ καὶ τιμιώτερον, τὸ δι' ὃ ἕτερον γίνεται, τοῦ δι' ἄλλο γινομένου, βελτίων ἄρα τῆς ὁρατῆς ἁπάσης κτίσεως ἄνθρωπος, οὐκ ἂν οὖν τὸ ἄμεινον ὑπὸ τοῦ χείρονος ἄρχοιτο· ἀλλ' ἀνάπαλιν, ὑπὸ τοῦ ἀμείνονος, τὸ χεῖρόν τε καὶ καταδεέστερον. ἄρχοι οὖν τῆς αἰσθητῆς ἁπάσης κτίσεως ἄνθρωπος. δῆλον δέ. καὶ γὰρ ἡ πᾶσα κτίσις ὡς βασιλεῖ τῷ ἀνθρώπῳ δωροφορεῖ. οὐρανός, ἀήρ, ὕδωρ, γῆ, τὰ ἐν αὐτοῖς ἅπαντα, ἀστέρες, πετεινά, ἰχθύες, ζώων ἄλλων καὶ φυτῶν διάφορα γένη. ἡ κοινὴ χρῆσις ἁπάντων, ἡ ἑκάστου ἰδιάζουσα. τὰ πάντα ἡ δι' αὐτῶν εἰς τὸν δεσπότην ἐπιστροφὴν καὶ ἀναγωγήν. οὐδὲν γὰρ οὗ οὐ λογισμῷ ἄνθρωπος

ἐπι

quod ſe ſit ſublimus, percipere. Nec eſt quoque ſui ipſius cauſa mundus creatus, quoniam ipſe per ſe aptus non eſt ad bonum cognoſcendum, ſed per mentem & mente prædita; per ſe vero mente vacat, & iners eſt ad omnem intelligendi actionem. Quanquam enim omnia opera Domini laudant Dominum, tamen id per ſe non faciunt, nec enim omnia ſunt idonea ad contemplandum, ſed per mente prædita & intelligentia: Dum nimirum conſideratione operum divinorum ad opificem eorum agnoſcendum eriguntur, & propter ſingula Deo laudes hymnoſque conſecrant. Si igitur neque fruſtra viſibilis a Deo ædificatus eſt mundus, neque propter ipſum Deum, neque propter angelicas ſubſtantias naturaſque, neque propter ſenſilia & mentis expertia, nec ſui denique ipſius cauſa: quid reliquum eſt, niſi quod inter ſenſilia particeps quoque eſt mentis, id quod in neminem niſi hominem ſolum convenit? Sit ergo univerſus viſibilis mundus ſolius hominis ergo productus. Si autem hominis ergo, id vero melius eſt & excellentius, cujus cauſa aliud fit, quam id quod fit propter aliud, ſequitur, homine in mundo viſibili nihil eſſe melius. Quare melius deteriori parere nequit, ſed contra deterius & imperfectius debet parere praeſtabiliori. Neceſſe ergo eſt, hominem univerſo mundo ſenſili imperare. Eique rei argumento eſt, quod omnes res creatæ homini tanquam Regi dona offerant, cœlum, aer, aqua, terra, & quæ illis continentur omnia, ſtellæ, aves, piſces, reliquorum animalium & plantarum varia genera. Communis eſt omnium uſus, & ſingulorum privatus: Omnia efficiunt, ut per ipſa homo ad Dominum convertatur & perducatur.

Digitized by Google

ἐπιβαίνει, κἂν τὸ πάντων ὕψιστον τοῦ οὐρανοῦ, κἂν τὸ βάθος εἴπῃς γῆς καὶ θαλάσσης. ἀλλὰ πάντων τε ἀντιλαμβάνεται, καὶ διὰ πάντων ἐπὶ τἀγαθὸν ἀνατείνεται· οὐδὲν διήκτην καὶ δι' αὐτοῦ, ὅπερ οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἐστὶν ἐνθεωρούμενον. μόνος γὰρ ἄνθρωπος τῶν ἄλλων τε καὶ ἑαυτοῦ θεωρητικός, ὅτι δὴ καὶ μόνος λόγῳ καὶ ψυχῇ τετίμηται νοερᾷ· καθ' ἣν εἰ οὕτω χρὴ φάναι, πρὸς τὸ θεῖον ἀμηγέπῃ συγγενῶς ἔχων, τἄλλα καὶ ἑαυτὸν ἔχει κατανοεῖν, ἐξ ἑαυτοῦ κινούμενος κατὰ νοῦν, καὶ εἰς ἑαυτὸν ἐπιστρέφων, κἀντεῦθεν ἐπὶ τὸν ποιητὴν καὶ δεσπότην ἀνατεινόμενος. καὶ τὴν αὐτοῦ γνῶσιν θαυμάζων, ὡς ἔξεστι λέγειν· ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ, ἐκραταιώθη, οὐ μὴ δύνωμαι πρὸς αὐτήν. ὅπερ ἐπ' οὐδενὸς τῶν ἄλλων εἰρημένον ἐστὶν, οὐδ' ἐπ' αὐτοῦ κατὰ πάντα τῷ μεγέθει τε καὶ σχήματι περιλαμβάνοντος οὐρανοῦ. οὐ γὰρ ἀπ' οὐδενὸς τῶν ἄλλων οὕτως ἡ τοῦ Θεοῦ γνῶσις θαυμάζεται, ὡς ἀπὸ τῆς καταλήψεως τῆς ἀνθρωπίνης, διαπλάσεως, καὶ κατασκευῆς φύσεων, ὡς οὕτως εἰπεῖν, ἐν αὐτῷ συνδεδραμένων ἐναντίων, ἐπικήρου καὶ θείας, ταὐτὸν δ' εἰπεῖν αἰσθητῆς τε καὶ νοητῆς. τῆς δ' αὖ νοητῆς, τῆς αὐτῆς τελούσης καὶ νοερᾶς, καθ' ἣν ἑαυτήν τε καὶ τἄλλα νοεῖ, καὶ Θεῷ ἑνοῦται, καὶ θεῖα χρηματίζει ὡς ἀληθῶς· πάντως, ὡς οὐδενὸς τῶν ἁπάντων, τῆς ἀνθρωπίνης ἐφικνουμένου μεγαλειότητος. εἰ οὖν τοιοῦτον ἄνθρωπος, καὶ οὕτω πρὸς τὴν ἱερατὴν ἔχων ἅπασαν κτίσιν, πῶς ἂν λοιπὸν ὑπὸ τῆς κτίσεως ἄρχοιτο; πῶς δ' ἂν τὸ εὔλογον ὁ Πλήθων ἔχοι λόγος, ἄρχεσθαι τὸ ἐν ἀνθρώπῳ φρονοῦν ἀποφαινόμενος, τῷ τοῖς ἔξω φαίνεσθαι πράγμασιν ἕπεσθαι; εἰ μὴ καὶ τὸν στρατηγὸν ὑπὸ τῶν τάξεων ἄρχεσθαι φαίη, ὡς ἔχουσιν αἱ τάξεις θεωροῦντα, κἀντεῦθεν

ἐπι-

Nihil enim intactum cogitatione relinquit homo, ne ſi altiſſimum quidem omnium cœlum, ſi profundum dixeris terræ atque maris. Sed omnia mente percipit, & per omnia ad ſummum bonum erigitur; nec minus etiam per ſe ipſum, quod in alia re nulla uſu venire videmus. Solus enim homo & alia poteſt & ſe ipſum contemplari, quandoquidem ſolus eſt ratione & anima intelligente ornatus, ſecundum quam quandam quaſi cum Deo cognationem habens, non alia ſolum ſed & ſe ipſum conſiderat: ex ſeſe commotus ſecundum mentem, & in ſeſe converſus, & inde ad opificem & dominum evectus, ejuſque admiratus cognitionem, ut dicere liceat: Mirabilior eſt mihi ſcientia tua quam ut fallam, edita eſt & non poſſum prævalere illi. Quod de alio nullo dictum eſt, ne de cœlo quidem, qui omnia magnitudine & forma ſua complectitur. Nihil enim ita admirari cognitionem Dei poteſt, quam homo ſua apprehenſione, conjunctione ſpecierum, & ratiocinatione e concurrentibus quaſi in ipſo contrariis naturis, caduca & humana, ſeu quod eodem redit, altera quæ ſenſu, altera quæ intelligentia percipi poteſt. Quarum hæc quidem pro eadem cenſenda ac intelligente, quæ & ſe ipſam & alia intelligit, & cum Deo jungitur, ac vere divina nominatur, & magis quam aliud quicquam humanam aſſequitur magnificentiam. Si igitur talis eſt homo, eaque ejus eſt erga viſibilem mundum univerſum ratio, quomodo poſſit parere rebus creatis, quomodo etiam veritatem Plethonis ratio tueatur, dum mentem humanam parere declarat, quod res externas ſequi conſpiciatur? Niſi quis Imperatorem quoque ordinibus parere dixerit, dum luſtrat eos, atque inde excitatur ad victoriæ finem fru-

ἐπὶ τὸ τῆς νίκης ἀναγόμενον τέλος, ἢ τἀγαθόν. ἀλλ' οὔτε ὑπὸ τῶν τάξεων ὁ στρατηγὸς ἄρχεται, εἰ καὶ παρὰ τὸ εὖ τε καὶ μὴ τὸ τῶν τάξεων, τὸ εὖ τε καὶ ὡς ἑτέρως ἔσθ' ὅτε πράττειν τὸν στρατηγόν· οὔτε ὑπ' οὐδενὸς τῶν κατὰ τὴν ἀρετὴν κτίσιν, τὸ κατὰ τὸν ἄνθρωπον λογιζόμενον καὶ φρονοῦν, εἰ καὶ αὐτὸ μὴ προσῆκον ἐνίοτε, τοῦ ἰδίου ἑκουσίως ἀξιώματος ὑποκαταπίπτει, οἷς οὐ θέμις τῆς καταδυναστείας ὑπεξιστάμενον. ὃ καὶ Μωυσῆς ἐδήλωσεν, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ λέγων· ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πάντων τῶν ἑρπετῶν, τῶν ἑρπόντων ἐπὶ τῆς γῆς. εἰ γὰρ τιμιώτερον τοῦ ἀψύχου τὸ ἔμψυχον, καὶ τοῦ μὴ ζῶντος τὸ ζῶν, τὴν ἀρχὴν δὲ τῶν τιμιωτέρων ἐπέτρεψεν αὐτῷ, δῆλον, ὅτι περὶ τούτων, καὶ πολλῷ μᾶλλον, τῶν τῶν ἧττον τιμίων, οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν μεταξύ, οἷς ἐνδιαιτᾶται τὰ ζωῆς μετέχοντα καὶ τοῦ ζῆν. οὐρανοῦ δὲ τὸν ἄνθρωπον ἀκούσας ἄρχειν, μὴ ξενισθῇς. πρῶτον μὲν οὐρανοῦ ἐνταῦθα τοῦ ἀέρος φανερῶς λεγομένου. ἔπειτα δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ οὐρανοῦ, ἀψύχου τε ὄντος, καὶ καθ' αὑτὸν οὐδὲν τῶν ἄλλων τῇ τιμῇ διαφέροντος. εἰ δὲ δεσμεῖται καὶ καταδυναστεύεται ἄνθρωπος οὐ μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ θηρίοις, καὶ στοιχείων ποιότησι, καὶ ἀέρων μεταβολαῖς, καὶ πᾶσιν ἁπλῶς, οὐκ ἄν τις τοῦτο τεκμήριον δικαίως θεῖτο, τοῦ ὑπὸ τῶν ἔξω πραγμάτων ἄνθρωπον ἄρχεσθαι. τοῦ σώματος γὰρ ταῦτα, ὅπερ οὐ κυρίως ἄνθρωπος. τὴν δὲ ψυχὴν, ἡ μόνη κυρίως ἄνθρωπος, καὶ μάλισθ' ὅτε κατὰ λόγον καὶ νοῦν ἐνεργεῖ, οὔτ' ἂν δήσαι τῶν ἁπάντων οὐδὲν, οὔτε καθείρξειεν ἄν, οὔτε βιασάμενον τοῦ καθήκοντος ἐξαγαγεῖν δυνηθείη. ἀλλὰ τὸ οἰκεῖόν τε ἀξίωμα ἐν πᾶσι διατηρήσει, καὶ ἐκ πάντων ἐλευ-

θερα

ctumque impetrandum. Sed nec ordinibus paret Imperator, quanquam ex eo, num bene ſint inſtructi an minus, felicitas aliquando Imperatoris pendeat & infelicitas: Neque quod in homine intelligit & ratiocinatur cuiquam eſt ſubjectum inter res viſibiles creatas, licet id ipſum quoque aliquando, ut neutiquam conſentaneum erat, ſponte excidat ſua autoritate, iis quibus minus par erat, ſuo principatu cedens. Quod & Moſes ſignificavit, cum Dei nomine dicit: Imperent piſcibus maris, & avibus cœli, & reptilibus omnibus repentibus ſuper terra. Nam ſi præſtabilius eſt animal inanimo, & vivens non vivente, homini vero in præſtabiliora imperium conceſſit, manifeſtum eſt, quod & multo magis in minus præſtantia; cœlum & terram, & quæ his interjacent, in quibus habitant, quæ vita fruuntur & vivendi actu. Dum autem cœlo imperare hominem audis, ne mireris. Primo enim aer hicce, ut conſtat inter omnes, cœlum vocatur. Deinde cœlum ipſum inanimum eſt, ac reliqua per ſe nihil antecellit dignitate. Si vero conſtringitur homo & ſubigitur, non modo ab hominibus, ſed & belluis, aut elementorum qualitatibus, & mutationibus temporum, omnibus denique generatim, inde quidem nemo jure capiat argumentum, hominem parere rebus externis. Sunt enim hæc corporis, quod proprie homo non eſt. Animam vero, quæ ſola proprie homo eſt, præſertim ubi ſecundum rationem mentemque agit, neque conſtringere quicquam, nec coercere, nec vi abducere poteſt ab officio. Sed propriam hæc in omnibus ſervabit auctoritatem, atque ex omnibus libera evadet. Quin vel eo magis elucebit propriæ libertatis majeſtas, quo

θέσιν διαγενήσεται· καὶ τοσούτῳ μᾶλλον διαλάμψει τὸ τῆς ἰδίας ἐλευθερίας ἀξίωμα, ὅσῳ μείζονί τε καὶ χαλεπωτέρᾳ βίᾳ περιπεσεῖται. ἐν πᾶσι γὰρ εὐχαριστήσει, καὶ κύριον τὸν Θεὸν αὐτῆς προσκυνήσει, αὐτῷ τε μόνῳ λατρεύσει· καὶ αὐτῷ ἔσται δουλείαν ἀπονέμουσα τὴν ὀφειλομένην. οὐδενὶ τῶν ἔξω δουλεύσει, κἂν στοιχείου φαίης ποιότητα, κἂν ὡρῶν μεταβολὴν, κἂν θηρίον, κἂν τύραννον, κἂν βασιλέα, κἂν ἀνδραποδιστὴν, κἂν ὁτιοῦν τῶν ἁπάντων· ἀλλ' ἐκ πάντων τε ἐλευθέρα ἔσται, αὐτή τε ἑαυτῆς ἄρξει, καὶ θεόθεν ἀρχθήσεται, ἀξίας τῆς ἰδίας ἔχουσα φύσεως. διατεθήσεται δὲ πρὸς τὰ ἔξω, ὡς διατιθεῖσαν αὐτὴν ὁ λόγος φθάσας ἀπέδειξεν. γινώσκουσά τε τὰ ὄντα, ὡς ἐφικτὸν, καὶ διὰ τῶν ὄντων ἑκάστου κατανοοῦσα τὸν ποιητήν. καὶ πρὸς μὲν τὴν ἑκάστου τῆς φύσεως θεωρίαν καὶ κατανόησιν, ἄλλη πρὸς ἄλλην διαφόρως ἕξει, συμβὰν οὕτω χεῖρον ἢ ἄμεινον, παρά τε φύσιν, ὥς φησι Πλήθων, καὶ ἄσκησιν. ὧν τὴν μὲν θεόθεν εἶναι, τὴν φύσιν, τὴν δ' ἄσκησιν, ἐκ τοῦ ἐξ ἀσκητέως προσγίνεσθαι δόξης, προτέρας τῷ ἐγγινομένης. δεῖ γὰρ ὁμολογουμένως πρὸς τὴν ἑκάστου τῆς φύσεως κατάληψιν, καὶ ἀσκητέως ἡμῖν, ἃ προμεμάθηκεν ἐκ διδάσκητος. ἧς καὶ αὐτῆς δηλαδὴ τῆς ἀσκήσεως, θεόθεν, ἀλλ' οὐ καθ' εἱμαρμένην ἡ γένεσις, ἔχουσα πρός τε τὸν διδάσκοντα, καὶ τὸν διδασκόμενον, καὶ περὶ οὗ ἡ δίδαξις γίνεται. πρὸς μὲν οὖν τὴν ἑκάστου τῆς φύσεως ἐπιστήμην καὶ κατανόησιν, ἄλλη πρὸς ἄλλην διαφόρως ἕξει ψυχὴ, ὡς εἴρηται, χεῖρον ἢ ἄμεινον. πρὸς δὲ τὸ ἐκ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως ἐπὶ τὸν ποιητὴν ἀνατείνεσθαι, ψυχὴ πᾶσα καθ' ἑαυτὴν ἀδιαφόρως ἕξει, τὸν ἡγεμόνα περιβαλλομένη νοῦν, ὃ παντὶ καὶ ὁτῳοῦν ῥᾴδιον· καὶ μηδενός γε ἀσκη-

quo major erit & gravior, quæ illam invadet, violentia. In omnibus enim gratam ſe præbebit, & Dominum ac Deum ſuum adorabit, ipſum ſolum venerabitur, ſolum juſto proſequetur cultu. Quare nulli ſerviet rerum externarum, ne ſi elementorum quidem qualitates, aut temporum mutationes dixeris: Non belluis, non tyrannis, non regibus, non dominis, nulli denique omnium. Sed ex omnibus libera emerget, & ipſa ſibi imperabit, ac regetur divinitus, naturæ ſuæ convenienter. Erga res vero externas ita erit affecta, quemadmodum illam affici ſupra docuimus: Nimirum ut res, quantum fieri poteſt, cognoſcat, & per ſingulas, earum opificem contempletur. Ac in contemplando quidem ac perpendendo rerum ſingularum naturam, non ſimilis omnium erit ratio, pejor, ut contingerit, aut melior, à natura partim, ut ait Pletho, partim a ſtudio & exercitatione. Quarum altera homini tributa eſt divinitus, natura ſcilicet: altera ab ea, quam ante habuit exercitator, opinione accedit. Nam præter controverſiam, ad ſingulorum intelligendam naturam exercitatore habemus opus, qui quæ a magiſtro ante acceperat, tradat. Quæ ipſa quoque exercitatio a Deo, neutiquam autem a fato oritur, tum quod ad docentem ſpectat, tum quod ad diſcentem, itemque quod ad id quod diſcitur. Quare in noſcenda ac conſideranda natura ſingularum rerum, non una erit omnium animarum ratio, ut dictum, vel pejor vel melior; omnes vero per ſe, æqua ratione, ex magnitudine pulchritudineque rerum creatarum, habita proportione, ad opificem erigentur. Modo mentem ſequantur ducem, quod unicuique factu eſt facile, etiamſi nullus interveniat exercitator: cum

τέως ἐνόντος, ἀρκούσης ἀντὶ πάσης ἀσκήσεως, τῆς θείας χειραγωγίας, μόνον εἰ ἔπειτα βούλοιτο. ἣν οὐδεὶς τῶν ἁπάντων, ὅτῳ οὐκ ἀῤῥήτως, ἄλλως τε, καὶ διὰ τῶν κτισμάτων παρέχει θεός. εἰ δὲ ἢ μὴ πᾶσαι ὡς θέμις ἀνάγονται, ἢ μὴ ἐπ' ἴσης ἅπασαι, ἀλλ' αἱ μὲν οὐδόλως, παντάπασιν ἀποπλανηθεῖσαι τοῦ ἀγαθοῦ, αἱ δὲ διαφόρως, ἄλλη ἄλλης καθαρώτερόν τε καὶ τελειώτερον· οὐκέτι τοῦτο οὔτε παρὰ τὴν θείαν χειραγωγίαν, τὰς μὲν ἀναγούσαν· τὰς δὲ μή, ἢ τὰς μὲν μᾶλλον, τὰς δ' ἧττον. οὔτε παρὰ τὴν ἄσκησιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἑκάστου, ἢ μὴ διεψευσμένην δόξαν καὶ θέλησιν, καὶ τῆς θελήσεως τὸ συντονώτερον καὶ ἀκμαιότερον, καὶ ἧττον τοιοῦτον· ἢ διεψευσμένην, καὶ τοῦ ἀληθοῦς ἀπενηνεγμένην, τὸ φαινόμενον ἀντὶ τοῦ ὄντος ἀγαθοῦ προτιμῶσαν, καὶ τὰ ῥᾷω τῶν ἐπιπονωτέρων, αἱρετώτερα κρίνουσαν. οὗ μὲν πρόσεσι πόνος, καὶ βραχὺς γοῦν, ὥς τινος τῶν ἀληθῶς λυπηρῶν τε καὶ βλαβερῶν, ἀποπηδῶσαν ἐντεῦθεν· οὗ δὲ τὸ κεκολασμένον ἄπεσι, καὶ μετρίως σωφρονεῖν, ῥᾳστώνη δὲ καὶ ἄνεσις ἐκ τοῦ ἐναντίου, καὶ τὸ ἀκόλαστον ἐξ ἅπαντος τρόπου, ὅσα γε ἐπὶ τῷ φαινομένῳ ἐνθεωρεῖται, τούτῳ δ' αὖ ἐπιπηδῶσαν ὡς ἥδιστά τε καὶ προθυμότατα, οὐδὲν ἧττον χειραγωγοῦ τε ἐφεστῶτος καὶ ἀσκητέως, ὡς εἰ μηδὲν τοιοῦτον τὴν ἀρχὴν ἐφειστήκει. ἀρκεῖ οὖν ἁπάσῃ ψυχῇ πρὸς τὴν ἐπὶ τὸν ποιητὴν ἀναγωγὴν, ἀντὶ πάσης ἀσκήσεως, εἰ μόνον ἔπειτα βούλοιτο, ἡ θεία χειραγωγία· ἢ μόνοι ἂν οἱ ἀσκητέως εὐμοιρηκότες, ἐπεγίνωσκον τὸν θεόν, οἷς δὲ πρὸς τοῦτο ἀμηγέπη ἐλλελεῖφθαι συνέβη, ἐν παντελεῖ ἂν ἦσαν τοῦ θεοῦ ἀγνωσίᾳ. καὶ ποῦ τοῦτο πρὸς τῆς τοῦ θεοῦ δικαιοκρισίας καὶ ἀγαθότητος; πᾶσα οὖν λογικὴ ψυχή, τὸν ἡγεμόνα νοῦν προβαλλομένη, πρὸς τὸ τὸν θεὸν ἐκ τῶν δημιουργημάτων ἔχειν ἐπιγινώσκειν, ἀδιαφόρως ἕξει, καὶ πᾶσα πρὸς θεὸν ἀναχ-

θήσε

omnis exercitationis loco, dummodo quis ſequi voluerit, divinus ductus ſufficiat, quem nemini non Deus, tum aliter, tum per res creatas largitur. Quodſi non omnes, ut par erat, ad Deum eriguntur, vel non æqualiter omnes, ſed aliæ quidem plane non eriguntur, aberrantes prorſus a bono, aliæ autem inæqualiter, alia ſcilicet alia purius perfectiuſque: hoc non amplius a divino ductu proficiſcitur, qui has evehat, illas non item, vel has magis, illas minus. Neque ab exercitatione; ſed a cujuſcunque vel recta ſententia ac voluntate, & a voluntatis majori minorive intenſione ac vigore: vel prava & a vero abducta, quæ fallax bonum vero præferat, & facilia potius quam difficilia arripienda judicet: Quæque, in quibus moleſtiam licet brevem ineſſe videt, ab iis tanquam vere perniciosis & noxiis reſiliat; Contra vero, a quibus abeſt temperantia & moderata continentia, ſegnitiei vero indulgere licet, & inertiæ, ac effuſæ libidini, quæ omnia fallax bonum habet, ad hæc quidem, licet gubernator exercitatorque immineat, nihiloſecius, quaſi nihil horum unquam adfuerit, avide promtoque animo accurat. Quare quævis anima ſatis poteſt divina gubernatione, non minus ac per quamcunque exercitationem, ad opificem ſuum, modo ſequi voluerit, deduci. Aut certe futurum eſſet, ut ii tantum Deum cognoſcerent, qui exercitatore uterentur, quibus vero illum deeſſe contingeret, in ſumma forent Dei ignoratione: Quod qui poſſit cum divina conciliari juſtitia ac bonitate? Quælibet igitur anima ratione prædita, ſi mentem ſequatur ducem, æqualiter poteſt Deum ex operibus cognoſcere, quælibet etiam ad Deum evehetur. Quodſi non omnes evehantur,

Digitized by Google

θήσεται. εἰ δὲ μὴ πάντως, ἐχρῆν ἀποφῆναι, τὸ μικρῷ πρόσθεν ἐλέγετο, οὐκέτι τοῦτο κατὰ λόγον καὶ νοῦν, ἀλλ' ἔξω νοῦ τε καὶ λόγου παντελῶς δουλευούσης ἀναξίως, ὧν ὑπερορύεσθαι, καὶ ἃ δουλαγωγεῖν ἑαυτῇ τέτακται. τούτων οὕτως ἐχόντων, πῶς ἀρχθήσεται τὸ φρονεῖν, τῷ τοῖς ἔξω φαίνεσθαι πράγμασιν ἕπεσθαι, ἢ τῷ μὴ ὡσαύτως ἅπασιν ἀνθρώποις, τὸ φρονεῖν ὑπὸ τῶν αὐτῶν πραγμάτων φαίνεσθαι διατίθεσθαι; ὁπότε καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, οὐδὲν μᾶλλον, οὐδενὶ τῶν ἔξω, δοῦλον τὸ ἐν ἀνθρώπῳ φρονεῖν, εἰ μὴ θεῷ τε καὶ ἑαυτῷ. πῶς δὲ καὶ ἡ ἀντιτεθεῖσα πρὸς εἱμαρμένην ἐπιχείρησις Πλήθωνι, οὐ καὶ κατ' αὐτὸν Πλήθωνα, τὸ βέβαιον ἕξει, καὶ κατ' αὐτὸν λοιπὸν ἐκ μέσου γινομένης τῆς εἱμαρμένης· εἴγε μὴ ἱκανῶς, μᾶλλον δ' οὐδ' ὁπωσοῦν, ἡ ἀντίθεσις λύεται; μέχρι γὰρ ἂν μὴ ἱκανῶς τὸ ἀντιτιθέμενον λύοιτο, τὸ ὑγιὲς ἔχει μεθ' ἑαυτοῦ. τούτου δ' οὕτως ἔχοντος, μὴ ὑγιαίνειν ἀνάγκη, πρὸς ὅπερ ἡ ἀντίθεσις φέρεται. οὐκ ἔστιν ἄρα εἱμαρμένη, οὐδὲ κατ' αὐτὸν τὸν εἱμαρμένην πρεσβεύοντα Πλήθωνα. περὶ μὲν δὴ τούτων, ἐπὶ τοσοῦτον. τὰ δ' ἐφεξῆς πραγματευόμενα ἢ ἀσεβούμενα Πλήθωνι, ποίαν οὐ παρελαύνει κακίας ὑπερβολήν; ἀνέδην γὰρ λοιπὸν καὶ ἀπαρακαλύπτως, τῆς ἀνάγκης ἐξαρτᾷ τὴν ἐν ἀνθρώποις κακίαν· ἀποφαινόμενος, μὴ κατ' αὐτὸν μηδένα κακύνεσθαι, ἀλλ' ἄκοντας κακοὺς τοὺς κακοὺς ἐξαμαρτάνοντας γίνεσθαι. οὐκ ἀπὸ σκοποῦ τοῦτο ποιῶν, ἵνα κακὸς αὐτὸς γεγενημένος, καὶ τῶν πώποτε κάκιστος, καταφεύγειν ἔχῃ πρὸς τὴν ἀνάγκην, καθ' ἣν, ἀλλ' οὐ καθ' ἑαυτὸν, κακὸς γίνεσθαι. εἶτα τῆς ἀνάγκης ἀποδιαιρῶν τὸ ἄρχεσθαι, τοὺς μὲν ἄρχοντι καὶ ὁτῳοῦν πειθαρχοῦντας, ἐλευθέρους ἀποκαλεῖ, τοὺς δὲ εἴκοντας ἀνάγκῃ, τούτους δ' αὖ δούλους κατονομάζει. ἐ-

λευ-

ut pareat; id quidem, ut paulo ante diximus, non amplius ſecundum rationem fit atque mentem, ſed prorſus præter rationem mentemque: dum indigno modo iis ſerviunt, quibus præeſſe, & quæ ſub ſuam redigere poteſtatem debebant. Quæ cum ita ſint, quomodo mens fuerit ſub imperio, quod res externas ſequi conſpiciatur, vel quod illam non uno in omnibus hominibus modo, ab iiſdem rebus affici videamus? Siquidem, licet hoc verum ſit, nulli nihilominus externæ rei ſerviet mens, niſi Deo & ſibimet ipſi. Quidni etiam, quod fato opponitur a Plethone argumentum, vel ſecundum ipſum Plethonem ſatis validum ſit, cum certe, quantum in ipſo eſt, fatum ſit ſublatum e medio, quoniam non ſatis, quin nulla ratione, argumentum diſſolvitur. Quamdiu enim non ſatis diſſolvitur objectio, ſtat ejus veritas. Quod ſi eſt, minus valere iſtud neceſſe eſt, contra quod adducitur. Non eſt ergo fatum, ne ſecundum ipſum quidem, qui id prædicat, Plethonem. Quare hæc hactenus. Quæ vero deinde comminiſcitur Pletho, ac ſuſcipit animo flagitia, quam quæſo non ſuperant vel immanem malitiam? Impudenter enim porro atque aperte, vitioſitatem hominum ex neceſſitate dicit pendere, neminemque fieri declarat ex ſeſe improbum, ſed malos invitos ad improbitatem atque delicta compelli. Profecto non inconſulte hoc faciens, ut cum ipſe nequam ſit, quin omnium qui fuere unquam nequiſſimus, habeat neceſſitatem, ad quam confugiat, & cujus vi, non vero ex ſeſe, improbum ſe factum dicat. Deinde imperium a neceſſitate diſtinguit, atque imperanti quidem unicuique obedientes, liberos vocat, eos contra qui cedunt neceſſitati, ſervos appellat.

 Li-

Digitized by Google

ἐλευθέρους τε φησὶν εἶναι τοὺς ἀνθρώπους, καὶ μὴ ἐλευθέρους, οὐ
τοῖς αὐτοῖς ἀπονέμων ἄμφω, πῇ μὲν θάτερον, πῇ δὲ τὸ
λοιπόν· ἀλλ' ἄλλοις μὲν τὴν ἐλευθερίαν διδοὺς, τὴν δὲ δου-
λείαν ἀπομερίζων ἑτέροις, καὶ δύο ταύτας ἐν ἀνθρώποις
μοίρας ποιῶν, ἐλευθέρων καὶ δούλων, ὡς ἐπὶ ἀριθμοῦ,
περιττόν τε καὶ ἄρτιον. φησὶν οὖν, „ἐλευθέρους δὲ εἶναί τέ
» πως, καὶ μὴ εἶναι. εἰ μὲν γὰρ ἐλευθερίαν τις τὴν οὐκ ἀνάγ-
» κην καλεῖ, οὐκ ἂν ὀρθῶς φαίνοιτο καλῶν. ἀναγκάζοιτο
» γὰρ ἂν δουλείαν τὴν ἀνάγκην καλεῖν. τῇ δὲ δουλείᾳ καὶ
» δεσποτείαν δήπου εἶναί τινα δεῖ, ᾗ δουλεύσει, δουλεία
» οὖσα. τῇ οὖν πρεσβυτάτῃ ἀνάγκῃ, καὶ ἣ μόνη αὐτὴ δι'
» αὑτὴν ἀναγκαίως ἔχει, τὰ δ' ἄλλα ἅπαντα δι' ἐκεί-
» νην, ἣν τἀγαθόν τε αὐτὸ καὶ τὸν Δία φαμὲν, τίς ποτε
» ἔσται δεσποτεία ἢ δουλεύσει; οὐ γάρ που ἡ αὐτὴ, δεσπο-
» τεία ἅμα καὶ δουλεία ἔσται. τί τις ἂν εἴποι πρὸς ταῦτα·
πότερον εἰδέναι Πλήθωνα ἃ λέγει, ἢ ἀγνοεῖν; εἰ μὲν
ἀγνοεῖν, ὡς εἰς καλὸν τῆς εἱμαρμένης ἀπώνατο, παραπλη-
σίως ἔχων μαινομένῳ, καὶ μὴ εἰδότι ἃ φθέγγεται· ἐκεῖνα
λέγων, ἅπερ οὐχ ὅτι σοφῷ ἀνδρὶ, ἀλλ' οὐδὲ τῷ τυχόντι
καὶ ὁτῳοῦν, ἑκών τις ἂν ἐπιτρέψειεν, οὕτως ἔχοντα πάνυ
ἀμαθῶς τε ἅμα καὶ ἀσεβῶς. εἰ δὲ εἰδέναι, καὶ τίνα τῶν
πώποτε σοφιζομένων, οὐ παρήλασε τῇ κακίᾳ, πρεσβύ-
της ἀνὴρ, οὕτω σοφιζόμενος ἀπαρακαλύπτως, ὡς παντὶ
καὶ ὁτῳοῦν, ἔμελλεν εὐφώρατος εἶναι· μηδ' ἐπιχρωννύων
γοῦν τῶν οἰκείων σοφισμάτων τὸ πρόσωπον, ἀλλὰ γυμνὸν
οὕτω πᾶσι προδεικνὺς, τὸ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς πονηρότατον
καὶ ἀσεβέστατον προσωπεῖον; ἔξεστι δὲ σκοπεῖν. τούτων γὰρ
τῶν πάντων, καὶ ὁπωσοῦν ἔχουσι περὶ λόγους, οὐ κατάδηλα τὰ
περὶ τῆς ἀνάγκης καὶ δουλείας αὐτῷ τερατολογούμενα, πρὸς
τὸ τῆς δουλείας καὶ ἐλευθερίας ὄνομα ἐστὶ, τὸ τὸ πᾶν αὐτῷ
δου-

Liberos ergo dicit eſſe homines, & non liberos: Non ut utrumque tribuat iiſdem, alterum hoc, alterum alio reſpectu; ſed ut libertatem aliis, aliis ſervitutem aſſignet, atque adeo duo hominum conſtituat genera, liberorum & ſervorum, ut numerum ſolemus in imparem & parem dividere. Dicit igitur, „ liberos eſſe homines, & non eſſe. Nam ſi eam „ quis libertatem nominet, quæ non ſit neceſſitas, „ minus recte ita nominaſſe videbitur. Cogetur „ enim neceſſitatem vocare ſervitutem. Servituti „ vero dominatus quidam eſſe debet, cui ut ſervi„ tus ſubſit. At ſumma neceſſitas, quæ ſola per „ ſe eſt neceſſaria, cum reliqua per ipſam ſint, „ quamque ipſum bonum & Jovem appellamus, „ quemnam habebit cui ſerviat dominatum: Nec „ enim ipſa temere dominatus ſimul & ſervitus erit? Quid quæſo quis dicat ad hæc: Num ſcire Plethonem quæ dicit, an ignorare? Si ignoret, vide quam pulchre utilitatem capiat ex fato, cum deliranti ſimillimus ſit, neque quid loquatur ſciat, ea nimirum dicens, quæ non dicam viro ſapienti, ſed ne plebejo quidem cuicunque temere quis permiſerit: adeo ſunt & inſcita & impia. Si ſciens dixit, quis quæſo unquam fuerit tantus cavillator, quem non ſuperet ſua malitia homo ſenex, ita aperte cavillatus, ut ab unoquoque facile poſſit deprehendi, & ne fucum quidem illinens externis ſuis ſophiſmatibus, ſed nudam omnibus monſtrans peſſimam illam & improbiſſimam mentis ſuæ faciem. Licet vero conſiderare. Nam cui inter omnes, utut verſato in literis, manifeſtum eſſe nequit, quam mira nobis de neceſſitate & ſervitute narret: quodque ſervitutis & libertatis nomen omnis ipſi ſit origo mali, dum

δυνατὸν ἐργαζόμενον, ἀπὸ τῶν δουλευόντων, ἐπὶ τὸν δεσπόζοντα τὴν ἀνάγκην μετατιθέμενον, οὐ δραστικῶς, ὡς οὕτως εἰπεῖν, ἀλλὰ παθητικῶς λαμβανόμενον· ὡς μὴ εὐπρεπὲς ὄν, τὴν δουλείαν τοῦ ἐπάγοντος λέγεσθαι, ἀλλὰ μόνον τοῦ ὑφισταμένου τε καὶ πως αὐτὴν δεχομένου καὶ ὑπομένοντος. καὶ πῶς ταῦτα οὐκ ἤτοι ἀγνοοῦντος ἃ λέγοι, ἢ ἑκόντος ἐξαπατᾶν πειρωμένου· φησὶ γὰρ εἰ ἐλευθερίαν τις τὴν οὐκ ἀνάγκην καλεῖ, ἀναγκασθήσεται δουλείαν τὴν ἀνάγκην κατονομάζειν. ὡς οὐ δυνατὸν ὄν, οὔτε τὴν ἀνάγκην, καὶ τοῦ ἠναγκασμένου εἶναι καὶ δουλεύοντος, οὔτε τὴν δουλείαν τοῦ ἐπάγοντός τε αὐτὴν λέγεσθαι, καὶ τὴν ἀνάγκην ἐπιτιθέντος· καίτοι σχέσιν τινὰ οὖσαν, μεταξὺ τοῦ ἀναγκάζοντος καὶ ἀναγκαζομένου, ἢ δεσπόζοντος καὶ δουλεύοντος. εἰ καὶ ὅτι μάλιστα ἐπὶ τοῦ δουλεύοντος, τὸ τῆς δουλείας ὄνομα εἴωθε λέγεσθαι, μὴ μέντοι καὶ ἐπὶ τοῦ δεσπόζοντος τὸ αὐτὸ οἰκειοτέρου κειθέντος, ἀπὸ τοῦ δεχομένου τὸ πάθος, ἢ τοῦ ἐπιφέροντος ὀνομάζεσθαι, πρὸς ὃ οἰκείως ἀποδίδοται δεσποτεία. μιᾷ σχέσει, δυοῖν ἀπομερισθέντων ὀνομάτων, ὡς ἐπὶ ἀνόδου τε καὶ καθόδου, ἑνὶ ὑποκειμένῳ δύο τούτων ὀνομάτων· γενέσεως τε τοῦ καὶ φθορᾶς καθολικώτερον εἰπεῖν, ἑνί τινι καθολικωτέρῳ, μεταξὺ τοῦ γινομένου καὶ φθειρομένου, δύο τούτων πρὸς διαφορὰν τοῦ γινομένου καὶ φθειρομένου. καίτοι τοῦ τῆς ἀληθείας λόγου βουλομένου, τὴν ἑτέρου φθορὰν, ἑτέρου γένεσιν εἶναι, καὶ τὸ ἀνάπαλιν· ὡς οὕτως ἐνθεωρεῖσθαι τι κοινὸν ἓν μεταξὺ τοῦ γινομένου καὶ φθειρομένου. φησὶν οὖν· ὡς εἰ ἐλευθερίαν τις τὴν οὐκ ἀνάγκην καλεῖ, ἀναγκασθήσεται δουλείαν τὴν ἀνάγκην κατονομάζειν. οὐδὲ τοῦτο γοῦν κατανοῶν, ὅ, τί ποτέ φησι τὸ καταναγκάζεσθαι, καὶ ὡς ὁ καταναγκάζεται, καὶ ἀνάγκην τινὰ δέχεται, ἢ ἀναγκάζεται,

a ſervientibus ad dominantem neceſſitatem transfertur, non active ut ita loquar, ſed paſſive acceptum: Quandoquidem non convenit, ſervitutem illi quoque adſcribi qui eandem imponit, ſed illi tantum qui ſuſtinet recipit ac patitur. Quæ quidni vel neſcientis ſint quæ dicat, vel de induſtria fallere tentantis? Dicit enim: Si quis eam vocet libertatem, quæ non ſit neceſſitas, cogetur neceſſitatem vocare ſervitutem. Cum tamen fieri non poſſit, ut vel neceſſitas ſit ejus qui cogitur & ſervit, vel ſervitus ejus qui in eam adducit, & neceſſitatem imponit: licet ſit relatio quædam inter cogentem & coactum, aut dominum & ſervum. Quanquam enim vel maxime ſervitutis nomen de ſerviente dici ſolet, non tamen æque de domino dicitur: Cum magis conſentaneum judicetur, illam ab eo qui recipit affectionem, quam ab eo qui imponit, nomen ducere. Servitutis enim vocabulum proprie dominatui opponitur. Ut adeo uni relationi duo tribuantur nomina, ſicut itionem dicimus & reditionem, uni rei duo vocabula ſubjicientes: vel ut generalius exemplum afferam, ut generationem dicimus & corruptionem, ubi uni rei, communi inter natum & interiens, duo hæc nomina adſcribimus, ut diſtinguatur id quod oritur, ab eo quod interit. Quanquam ratio veritatis docet, unius corruptionem alterius generationem eſſe, & viciſſim: ut ita, quid commune ſit inter natum & interiens, poſſit intelligi. Dicit igitur: Si libertatem quis eam nominet, quæ non ſit neceſſitas, cogetur neceſſitatem vocare ſervitutem. Ne hoc quidem reputans, quid ſibi velit, cum cogi quempiam dicit, quodque ſi quid cogitur, etiam neceſſitatem recipiat, quatenus cogitur & qua co-

ζεται, καὶ καθ᾽ ἣν ἀναγκαζόμενον πάσχει· πράγματι μὲν μίαν ἐν ἀμφοῖν οὖσαν, ἔν τε τῷ ἀναγκάζοντι, καὶ ἀναγκαζομένῳ, λόγῳ δὲ τῷ αὐτῷ τὸ ἀναγκάζον τε καὶ ἀναγκαζόμενον διαφέρουσαν. εἶτα προσηκούσῃ τῷ λόγῳ καί τι δοκοῦν ἄτοπον, τὸ τῇ δουλείᾳ δεῖν εἶναί τινα καὶ δεσποτείαν, οὐχ ᾗ δεσπόζει, ἀλλ᾽ ᾗ δεσπόζεται. ἀλλὰ φαίη ἄν τις πρὸς αὐτὸν καὶ κατ᾽ αὐτὸν αὖθις, καὶ μάλα εὐλόγως, ὡς οὐδὲν τὸ κωλῦον ἴσως, καὶ ἐλευθερίαν τὴν μὴ ἀνάγκην καλεῖν, καὶ τὴν ἀνάγκην οὐδὲν ἧττον μὴ πᾶσαν δουλείαν κατονομάζειν, ἀλλ᾽ αἰτία μὲν ταῦτα καί τινα ἀνάγκην δεσποτείαν, ᾗ τὸ δουλεῦον δουλεύσει· εἴπερ οὐ πρὸς δοῦλον ἀποδίδοται δοῦλος, ἀλλὰ πρὸς δεσπότην. δεσπότου γὰρ δοῦλος ὁ δοῦλος, ἀλλ᾽ οὐχὶ δούλου, εἰ καὶ τὸ δεσπόζον ἄλλο τι ὄν, δεσπόζειν λέγεται· συνέβη δὲ τοῦτο τῷ Πλήθωνι λέγοντι τὴν ἀνάγκην. εἰ δέ τις ταῦτα μὴ ἀποδέχοιτο, ἐπὶ τοῦ ἑτέρου μόνον ἐνδέξεται τὸ τῆς ἀνάγκης ὄνομα, ἐπὶ τοῦ ἠναγκασμένου, οὐ μέντοι καὶ τοῦ ἀναγκάζοντος. καὶ πῶς οὐκ εἰς ἄπειρον αὐτῷ ἡ ἀναγωγή, ἀεὶ ζητουμένου, ὃ μὴ ἀναγκαζόμενον αὐτὸ ἀναγκάσει; εἴπερ καὶ ἡ ἄφυκτος ἀνάγκη καθ᾽ ἣν πάντα, οὕτως ἀνάγκη ἔσται καλουμένη, ὡς οὐχ ᾗ ἀναγκάσει, ἀλλ᾽ ᾗ καὶ αὐτὴ ἀναγκάζεται. πρῶτον μὲν οὖν οὕτως εὐλόγως φαίη τις ἄν. ἔπειθ᾽ ὅτι καὶ τὸ τῆς δουλείας ὄνομα, κακῶς καὶ οὐχ ὡς ἔδει, λαμβάνεται ἐπ᾽ ἀμφοῖν. λαμβάνεται γάρ, ὡς παντὶ δῆλον, καὶ ἐπὶ τῶν δουλευόντων, ᾗ δουλεύουσι, καὶ ἐπὶ τῆς ἀνάγκης, ᾗ καὶ αὐτὴ δουλεύει ὁμοίως· καθὸ καὶ εἴρηται, δεῖν αὐτῇ δεσποτείας, ᾗ δουλεύουσα. τοῦτο δὲ ἀμήχανον εἶναι καὶ ἄτοπον δεῖ ἡ

μη-

ctum patitur: quæ quidem re una eſt in ambobus, & eo qui cogit, & eo qui cogitur; verbo, autem ratione cogentis & coacti differt. Deinde tamen effingit huic loquendi rationi aliquod ut ipſi videtur abſurdum, ſcilicet quod ſervituti debeat quidam dominatus reſpondere, non quatenus illa dominetur, ſed quatenus ſerviat. Sed dicat quis Plethoni, iterum ſecundum ipſum, & opportune admodum: Nihil impedire, quo minus eam dicamus libertatem, quæ non ſit neceſſitas, & tamen non omnem neceſſitatem ſervitutem nominemus, ſed & aliquam neceſſitatem vocemus dominatum, cui id quod ſervit ſerviat. Siquidem ſervo non reſpondet ſervus, ſed dominus. Domini enim qui ſervit ſervus eſt, non autem ſervi: quanquam dominus, utpote qui diverſus eſt, dominari dicitur. Contingit autem hunc, ſecundum Plethonem, neceſſitatem debere dici. Quod ſi quis hæc non accipiat, de altero tantum intelligi volet nomen neceſſitatis, de eo ſcilicet, quod cogitur, non æque de eo quod cogit: Qua ratione quomodo infinitam ſeriem effugiet, quin ſemper quæri poſſit, quid ſit, quod ipſum non coactum, alia cogat? Siquidem ineluctabilis quoque neceſſitas illa, ſecundum quam omnia ſunt, hac ratione neceſſitas vocanda erit, non quatenus cogit, ſed quatenus ipſa quoque cogitur. Primo igitur ita quis merito dicat. Deinde, quod etiam ſervitutis nomen, male & ut minime par erat, ſumatur de ambobus. Sumitur enim, ut cuivis manifeſtum, & de ſervientibus quatenus ſerviunt, & de neceſſitate quatenus ipſa ſimiliter ſervit: ſiquidem illi quoque dominatum reſpondere debere dicit, cui ſerviat. Hoc autem fieri non poteſt, & ab-

Digitized by Google

μηδόλως ἐπὶ τῆς ἀνάγκης τὴν δουλείαν λαμβάνειν, ἀλλὰ δεσποτείαν ἀντὶ δουλείας, εἴγε μὴ δουλεία πρὸς δουλείαν, ἀλλὰ πρὸς δεσποτείαν ἀποδίδοται ὡς εἴρηται, ἢ μὴ ὡς δουλεύσει τῇ ἀνάγκῃ τὴν δουλείαν ἀποδοῦναι, ἵν' ὅλως καὶ συγχωρήσαιμι. εἴπερ μηδ' ἀνάγκην ἣ ἀναγκάσεται, ἐπ' ἄπειρον γὰρ ἂν ὡς εἴρηται, ἡ ἀναγωγή· ἀλλ' ὡς ἄλλο αὐτὴν οἴσει, ὃ δουλεύσει αὐτῇ. ἐξέστω γὰρ δὴ καὶ τοῦτο εἰπεῖν, κατὰ Πλήθωνα Πλήθωνι ἀποκρινομένῳ. καὶ οὕτω δῆλος ἂν εἴη παρά τε τὴν ὁμωνυμίαν σοφιζόμενος, οὐχ ὡσαύτως ἐπ' ἀνάγκης τε καὶ τῶν ἀνάγκῃ δουλευόντων, οὔτε τὴν ἀνάγκην οὔτε τὴν δουλείαν ἀποδιδούς· μᾶλλον δὲ τὰ διαφόρως λαμβανόμενα οὕτως ἀδιαφόρως ἐκδεχόμενος ἐπὶ διαφόρων, καὶ μάτην ἐγκαλῶν τοῖς μὴ ἀνάγκην τὴν ἐλευθερίαν τιθεμένοις, ὡς δουλείᾳ τε καὶ δεσποτείᾳ ᾗ δουλεύσει, τὴν ἀνάγκην καθυποβάλλουσι. εἰ γὰρ καὶ δοθείη ὅλως, δουλείαν τὴν ἀνάγκην ὀνομάζεσθαι, ἀλλ' οὐχ ᾗ δουλεύσει, ἀλλ' ᾗ δεσπόσει τοῦτο ὀνομασθήσεται. ὡς καὶ ἀνάγκη, οὐχ ᾗ ἀναγκάζεται, ἀλλ' ᾗ ἀναγκάζει προσαγορεύεται· εἰ καὶ ἐπὶ τῶν ἀναγκαζομένων τὸ αὐτὸ λέγεται, καθ' ἕτερον λόγον, ἡ γὰρ ἀνάγκη, καὶ τοῦ ἀναγκάζοντος καὶ ἐν τῷ ἠναγκασμένῳ ἐστίν. καὶ οὕτως, οὐχ ἡ ἀνάγκη δουλεύσει τε, καὶ δεσπόσεται ἡ αὐτή, εἴγε δὲ πρὸς μὴ ἀνάγκην, τὸ ἐλεύθερον λέγοιτο. εἰ δὲ μηδὲ δουλεία μηδόλως λέγοιτο, τῶν γὰρ δουλευόντων ἡ δουλεία, οὐ τῶν ἐπαγόντων αὐτήν, ἀλλὰ δεσποτεία, ὡς εἴρηται, (εἰ καὶ μικρῷ πρόσθεν συνεχωρεῖτο, καὶ τῶν τὴν δουλείαν ἐπαγόντων, οἷόν τε εἶναι διαφόρῳ λόγῳ αὐτὴν λέγεσθαι, καὶ οὐχὶ τῷ αὐτῷ,)

Digitized by Google

abſurdum eſt: Cum vel ſervitus de neceſſitate prorſus non debeat dici, ſed dominatus potius pro ſervitute poni, ſiquidem ſervitus non ad ſervitutem, ſed ad dominatum refertur, ut diximus: aut neceſſitati ſervitus non ea ratione tribui, quatenus hæc ſervire intelligitur, ut omnino ita loqui fas eſſe concedam. Siquidem non placet eam dicere neceſſitatem, quæ cogatur, quoniam ut diximus, in infinitum ſeries neceſſitatis extrahenda eſſet; ſed eam, quam aliud quid ferat, quod ei ſerviat. Liceat enim ita quoque loqui, dum Plethoni ſecundum ipſum Plethonem reſpondemus. Ita igitur eſt perſpicuum, luſiſſe Plethonem ambignitate vocum, dum neque neceſſitatis nec ſervitutis vocabula, eodem modo ad neceſſitatem & ſervientes neceſſitati accommodat, ſed quæ varie accipiuntur, ita abſque diſcrimine tribuit diverſis, & fruſtra adeo accuſat eos, qui libertatem dicunt non neceſſitatem, acſi neceſſitatem ſervituti, vel dominatui cuidam cui ſerviat, ſubjicerent. Nam ſi vel omnino concedatur, neceſſitatem poſſe ſervitutem nominari, tamen non quatenus ſervit ita nominabitur, ſed quatenus in ſervitutem redigit & dominatur. Quemadmodum & neceſſitas ita dicitur, non qua cogitur, ſed qua cogit; licet eadem alia ratione dicatur de coactis, quoniam neceſſitas & cogentis eſt, & in eo qui cogitur. Atque ita neceſſitas non ſimul & ſerviet & dominabitur, ſi vel maxime ſtatum neceſſitate ſolutum libertatem dixeris. Si vero neceſſitas plane non vocetur ſervitus, ſiquidem hæc eorum proprie eſt qui ſerviunt, non eorum qui in ſervitutum adducunt, ſed dominatus ut diximus (Quanquam paullo ante concedebamus, diverſo reſpectu, etiam de iis, qui in ſervitutem redigunt, poſ-

αὐτῷ) πῶς δεσπότης [illegible] δεσποτείαν [illegible] χαλεῖ; πῶς δὲ ἡ ἀνάγκη δουλεία ἐστὶν, ἀλλ' οὐχὶ δεσποτείας; πῶς δὲ καὶ δεσποτείας ὅλως αὐτὴ δεήσει, ἢ δουλεύσει, δουλεία οὖσα; ἤγε μὴ τοῦτο οὖσα, μηδὲ καλουμένη [illegible], ἀλλὰ δεσποτεία μᾶλλον, [illegible] ἡ δουλεία; ἀλλὰ ταῦτα μὲν αὐτοῖς ἡμῖν ἐξήτασται, καὶ Πλήθωνι [illegible] ἀπεχθανομένοις, καὶ τὸ τοῦ λόγου ἀσύμφωνον ἐξελέγχουσι, καὶ πάνυ σεσοφισμένον· εἴτε [illegible] ἀγνοῶν, εἴτε καὶ ἑκὼν [illegible] [illegible] ταῦτα [illegible] τὰ [illegible] τῆς ἀνάγκης καὶ δουλείας ἐτερατεύετο. ἡμεῖς δὲ [illegible] τὸ ἐλεύθερον καὶ δοῦλον [illegible] παραπλησίως αὐτῷ λέγομεν, οὐ [illegible] τῶν ἀνθρώπων τοὺς μὲν ἐλευθέρους εἶναι, τοὺς δὲ δούλους, ἀλλ' ὁμοίως ἅπαντας ἐλευθέρους καὶ δούλους. τοῦτο καὶ [illegible] τῶν ἐναντίων πεῖθον [illegible] λόγου, εἴπερ τὸ αὐτὸ τῶν ἐναντίων [illegible] μέρος. τὸ αὐτὸ δὲ οὐκ εἴδει πάντως, οὐδὲ τῇ [illegible], ὡς ἐτερατεύετο Πλήθων, εἰ καὶ [illegible] ταῦτα, ἀλλ' ἀριθμῷ. ἐλευθέρους μὲν τῷ [illegible], καὶ τῷ [illegible], τὰ λογικῷ τε καὶ [illegible] πρέπον ἀξίωμα· δούλους δὲ Θεοῦ τε καὶ ἑαυτῶν [illegible] αὖθις διὰ τὸ αὐτεξούσιον. ὃν δὴ τρόπον δουλείας [illegible] [illegible] διατηροῦντες ἐν τἀγαθῷ, εἰ ἑαυτῷ τις εἰς [illegible] διασώσεται, οὗτος ἀγαθὸς ἂν εἴη, καὶ ὄντως εὐδαίμων [illegible] καὶ μακάριος. καὶ [illegible] ἑτέρου [illegible] δουλείας γίνεται [illegible] [illegible] δεσπότῃ τῇ [illegible], ἑαυτὸν ἑκὼν [illegible] [illegible] ἀποσχοινίζει τῆς εὐδαιμονίας [illegible] καὶ [illegible] [illegible] καὶ τῶν ἄντως ἀγαθῶν, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ δὴ [illegible] [illegible] τις ἐπιτρέπει διαγίνεσθαι τὰ [illegible] τε καὶ [illegible] [illegible], μὴ τὰ λογιζόμενον [illegible] δεσπότου, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] καὶ [illegible] [illegible] [illegible]

ἐπι-

ſe dicit.) Quidni dominatui reſponderet ſervitus, aut cur neceſſitas, ſervitus potius eſſet quam dominatus? Cur denique alium ille poſtularet dominatum, cui cum ſervitus ſit, ſerviat? Siquidem nec eſt ſervitus, neque vocatur ulla ratione, ſed dominatus potius, ad quem ſervitus refertur. Sed hæc quidem ita ſunt a nobis diſputata, dum Plethoni ſecundum Plethonem reſpondimus, atque contradictionem refutavimus & cavillationem orationis; ſive imprudens, ſeu de induſtria fallere conatus, adeo mira de neceſſitate & ſervitute protulerit. Nos autem neque ſervitutem nec libertatem, qualem ille ſtatuit, admittimus. Nec enim alios homines liberos pronunciamus, alios ſervos, ſed ſimiliter omnes & liberos & ſervos. Hoc enim contrariorum ratio ſuadet, ſiquidem in eandem rem contraria cadere poſſunt per partes. Eandem vero dico, non ſpecie ſolum, nec diſtinctione addita, ut Pletho nugatur, quanquam de nonnullis id vere dici poteſt; ſed numero. Liberos quidem appello, dum ſui ſunt arbitrii, eamque quæ ratione prædito & ſui arbitrii homini convenit, tuentur dignitatem: ſervos autem, Dei & ſui ipſius; ſed propterea, quod ita unicuique placuit. Quale genus ſervitutis, bonum ſane & in bono confirmans, niſi quis ut par eſt conſtanter ſervet, neque bonus eſſe poterit, neque felix aut beatus. Alia vero ratione incurret in ſervitutem, dum ſe duriſſimo locarit domino, peccato ſcilicet, quod illum à felicitate, beatitate, veroque bono excludet: Idque vel eo magis, quo magis iræ & cupidini frena laxat, neque dominam illis rationem, tanquam pædagogum & caſtigatorem præficit, quæ quidem quæ facienda ſunt permit-

mit-

ἐπιτρέποντα, ὧν δ' ἀφεκτέον, τούτων δ' αὖ ἀποτρέποντα, καὶ ἀποκωλύοντα, ἣ δὴ καὶ ὄντως ἐλευθερία λέγοιτ' ἄν. τὸ δὲ μὴ οὕτω γίνεσθαι τοῦτο, ὡς οὐδὲν δέον, ἐνεξουσιάζειν τὸ θυμούμενόν τε καὶ ἡδόμενον, μὴ τῷ λογιζομένῳ ἡνιοχούμενα καὶ σωφρονιζόμενα, τοῦτο δ' αὖ δουλεία τε, καὶ δουλειῶν ἡ αἰσχίστη τε καὶ κακίστη, καὶ τοῦ ἀγαθοῦ πάντῃ ἀπαλλοτριοῦσά τε καὶ ἐξάγουσα. οὔτε δὴ τῆς ἀνάγκης οὐδένα δοῦλον ἀποκαλοῦμεν, ἣ νοεῖ τὸ τῆς ἀνάγκης ὄνομα Πλήθων, τὴν αὐτὴν εἶναι εἱμαρμένῃ τιθείς, ἣν καὶ πρεσβυτάτην ἀνάγκην ἀποκαλεῖ, καὶ αὐτὴν δι' αὐτὴν ἀναγκαίως ἔχουσαν, τὰ δ' ἄλλα πάντα δι' ἐκείνην, καὶ ἣν τἀγαθὸν αὐτὸ καὶ τὸν Δία φησὶν εἶναι, ἀνοήτως τὰ μὴ ὄντα τερατευόμενος. οὔτε οὖν ἀνάγκης οὐδένα δοῦλον ἀποκαλοῦμεν ἡμεῖς, καὶ τὸν εἰρημένον τρόπον, οὐδένα δοῦλον εἶναι φαμὲν, καὶ αὖ οὐδένα ἐλεύθερον. τῷ μὲν αὐτεξουσίῳ, καὶ κατὰ προαίρεσιν ζῆν, οὐδένα δοῦλον· τῇ δ' ἀρχῇ οὐδένα ἐλεύθερον. μᾶλλον δὲ πάντα μὲν ἐλεύθερον, ἵν' οὕτως ἄμεινον εἴπω, καὶ τῷ αὐτεξουσίῳ καὶ τῇ ἀρχῇ, μόνους δὲ δούλους, ὅσοι τὸ εὖ, τὸ μὴ εὖ εἵλοντο, καὶ σὺν αὐτῷ ἑκόντες ἐγένοντο. δοῦλοι ἑαυτῶν καὶ τῆς ἁμαρτίας γενόμενοι, τῆς ἀληθινῆς ἀποδιαστήσαντες ἑαυτοὺς δεσποτείας τε καὶ ἐλευθερίας. Πλήθων δὲ καὶ τῇ ἀληθείᾳ πολεμεῖ, τοὺς μὲν ποιῶν δούλους, τοὺς δ' ἐλευθέρους, καὶ οὐ τοῖς αὐτοῖς ἀμφότερά πη ἀποδιδούς. ὧν οἱ μὲν αὐτῷ μεγάλην τῆς ἐλευθερίας εἴσονται χάριν, οἱ δὲ τὰ μέγιστα ἐπαράσονται κατ' αὐτοῦ, τῆς ἀκουσίου δουλείας· μᾶλλον δὲ καὶ ἀμφότεροι, οὐδὲν ὅ, τι οὐκ ἐπαράσονται, τῆς αἰσχίστης ταύτης ἐλευθερίας τε καὶ δουλείας. τῇ τε οὖν ἀληθείᾳ πολεμεῖ, καὶ ἑαυτῷ περιπίπτει. ἐῶ γὰρ λέγειν, ἑαυτῷ αὐτὸν ἀντιφάσκειν· νῦν μὲν ἐκεῖνα λέγων, ἃ τῆς ἀνάγκης ἀποφάσκει τὴν δεσποτείαν,

νῦν

mittat, a quibus vero abſtinendum, ab iis avertat & repellat. Quæ vera merito diceretur libertas. At ſi ſecus accidit, ut nihil abſit, quin pro arbitrio agant iraſcendi & gaudendi facultates, non gubernatæ aut caſtigatæ ratione, id vero eſt ſervitus, & turpiſſima quidem omnium ac peſſima, & a vero bono abalienans & abducens. Quare nec ſervum quenquam vocamus neceſſitatis, eo ſignificatu, quo vocabulum Plетho ſumit, qui eandem cum fato dicit eſſe: quod & ſummam neceſſitatem vocat, quæ ipſa per ſe ſit neceſſaria, cum reliqua per ipſam ſint, quodque & bonum ipſum & Jovem eſſe dicit, ſtolide quæ non ſunt omnino, commentus. Non ergo quenquam ſervum vocamus neceſſitatis, ac proinde modo jam dicto, neminem vel ſervum vel liberum. Scilicet ratione liberi arbitrii, & poteſtatis agendi cum propoſito, neminem ſervum, contra ab imperio neminem liberum. Vel ut melius dicam, omnes liberos, & ratione liberi arbitrii, & imperii; eos vero ſolos ſervos, qui pravum bono præferunt, & illi ſtudent volentes, ſervi ſui ipſius & peccati facti, ſeque a vera ſejungentes dominatione & libertate. Pletho autem pugnat cum veritate, dum alios ſervos facit, alios liberos, nec utrumque tribuit iiſdem. Quorum quidem alii magnam ipſi habebunt gratiam libertatis, alii vero diris omnibus eum devovebunt, propter involuntariam quam iis imponit ſervitutem. Quin ambo potius quævis imprecabuntur mala, turpiſſimæ hujus & libertatis ergo & ſervitutis. Pugnat itaque cum veritate, nec ſibi ipſi ſatis conſtat. Taceo enim, quod ſibi contradicat, dum ea mox profert, quæ neceſſitati dominatum abjudicant, mox quaſi mutata

 rur-

νῦν δ' ὥσπερ μεταβαλλόμενος αὖθις, ἐκεῖνα τιθεὶς, ἐξ ὧν τῆς
ἀνάγκης ἡ τῆς ἀνάγκης δεσποτεία εἰσάγεται. ἐπείπερ οὐ
τὰ πολλὰ τὸ ψεῦδος μὴ τῇ ἀληθείᾳ πολέμιον μόνον, ἀλλὰ
καὶ ἑαυτῷ. ἀλλὰ δι' ὧν μὲν ἡ τῆς ἀνάγκης ἀποφάσκεται δεσ-
ποτεία, πρότερον εἴρηται· δι' ὧν δὲ αὖθις εἰσάγεται,
ἤδη ῥηθέον. ἔχει δὲ τῇδέ πῃ· „ εἰ δ' οὐ ταύτῃ τις ὁρίζοι-
„ το δουλείαν τε καὶ ἐλευθερίαν, ἀλλ' ἐκείνῃ μᾶλλον,
„ τῷ κωλύεσθαι, ἢ μὴ κωλύεσθαι τινα, ζῆν ὡς βούλεται,
„ βούλοιτο δ' ἂν πᾶς τις, πράττειν τε εὖ καὶ εὐδαιμονεῖν·
„ ἅπας μὲν ἂν ὁ εὖ πράττων, κἂν ἐλεύθερος εἴη, ἄν τε
„ ἀρχόμενος ἄν τε μή, εὖ πράττων τυγχάνῃ. ὡς γὰρ βού-
„ λεται, ζώῃ ἄν. κακῶς δὲ πράττων τις, οὔτ' ἂν ὡς
„ βούλοιτο ζώῃ, οὔτ' ἂν ἐλεύθερος δήπου εἴη. κακῶς
„ δὲ πράττειν ἀνθρώπους, οὐκ ἄλλῃ ἂν ἢ κακοὺς γεγονό-
„ τας. ὥστε οὐδ' ἂν κακὸς ἀνθρώπων οὐδεὶς βούλοιτ' ἂν
„ γίνεσθαι, εἴ γε δὴ μὴ δὲ κακῶς ἂν πρᾶξαι· ἀλλ' ἄκοντας
„ κακοὺς τοὺς κακοὺς γίνεσθαι ἐξαμαρτάνοντας· οὐδ' ἂν ἐλεύθε-
„ ρον κακῶν εἶναι οὐδένα, τοὺς δὲ καλούς τε μόνους κἀγαθοὺς.
πρότερον ἔλεγεν, εἰ τὴν ἐλευθερίαν μὴ ἀνάγκην καλεῖ τις, μὴ
ὀρθῶς φαίνεσθαι καλοῦντα· ἀναγκάζεσθαι γὰρ δουλεῖαν τὴν ἀ-
νάγκην καλεῖν. καίτοι πᾶς ἂν εἶπε δήπουθεν καὶ ὀρθῶς· εἰ
ἡ ἐλευθερία μὴ ἀνάγκη, ἡ ἀνάγκη μὴ ἐλευθερία. παραπλη-
σίως τῷ, εἰ ὁ ἄνθρωπος οὐ λίθος, ὁ λίθος οὐκ ἄνθρωπος. τοῦτο
γὰρ ὁ τῆς ἀντιστροφῆς ἀπαιτεῖ λόγος, ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνα· ἡ ἀ-
νάγκη δουλεία. εἰ καὶ φαίη, τῇ μὴ ἐλευθερίᾳ ἕπεσθαι τὴν
δουλείαν. ἡ μὴ ἐλευθερία δὲ πρὸς δεσποτείαν ἀποδίδο-
ται· ὥστε ἡ μὴ ἐλευθερία, πρὸς τὴν ἀνάγκην, ὡς πρὸς
δεσποτείαν ἀποδοθήσεται, ἀλλ' οὐχ ὡς πρὸς δουλείαν, ὥς
φησι Πλήθων τερατευόμενος. εἰ γὰρ καὶ δουλεία ἡ μὴ ἐ-

menſis mente, ea ponit, ex quibus neceſſitatis dominatum induci neceſſe eſt: Mendacium enim ut plurimum, non cum veritate ſolum, ſed & ſecum pugnat. Sed quibus verbis neceſſitati dominatus abjudicetur, prius dictum eſt: quibus vero inducatur rurſus, jam erit dicendum. Sunt vero hæc hujuſmodi. „ Quodſi quis illa ratione non definiat „ ſervitutem & libertatem, ſed hac potius, prout „ quis vel prohibeatur, vel non prohibeatur, vive- „ re ut vult, velit autem unuſquiſque felix eſſe & „ beatus: ſequetur, quemlibet cui bene eſt, libe- „ rum eſſe, ſive ſub imperio, ſeu abſque eodem „ bene agat. Viveret enim ut vellet. Contra ve- „ ro infelicem, neque vivere ut velit, nec proinde „ liberum eſſe. At infelices aliter homines non „ ſunt, niſi ubi mali fuerint. Ergo neque quiſ- „ quam volet malus fieri, ſiquidem nec infelix eſ- „ ſe; ſed mali, inviti in hunc ſtatum redacti, de- „ linquent, neque malorum quiſquam liber erit, „ ſed ſoli boni probique. Prius dicebat, ſi eam quis libertatem vocarit, quæ non ſit neceſſitas, minus recte vocaſſe videri, ſiquidem cogatur neceſſitatem ſervitutem vocare. Quamvis recte quidem unuſquiſque dixiſſet: Si libertas neceſſitas non eſt, neceſſitas viciſſim non eſt libertas. Similiter ut concluditur: ſi homo non eſt lapis, ſequitur lapidem non eſſe hominem. Hoc enim ratio converſionis poſtulat. Non autem illud: Ergo neceſſitas eſt ſervitus; etſi dixerit, ex non libertate ſequi ſervitutem. At non libertas refertur ad dominatum: ut proinde non libertas neceſſitati, tanquam dominatui opponi debeat, non vero tanquam ſervituti, ut mire philoſophatur Pletho. Nam quamquam

λευθερίαν, ἀλλ' οὐ πρὸς ἑαυτὴν ἀποδίδοται, ὥστ' εἶναι δουλεία· ἀλλὰ πρὸς τὸ τὴν μὴ ἐλευθερίαν ἐπάγον. τὸ δ' ἀλλὰ τοιοῦτον ἤδη, δεσποτείας τάξιν ἐπέχει, ὥστε ἡ ἀνάγκη πρὸς τὴν μὴ ἐλευθερίαν, ὡς δεσποτεία πρὸς δουλείαν ἕξει. οὐχ ἡ αὐτὴ ἅμα δεσποτεία οὖσα καὶ δουλεία, ἀλλὰ δεσποτεία μόνον. ὡς ἡ ἐλευθερία μὴ ἀνάγκη, τῷ μὴ δεσπότην ἔχειν· οὐχὶ ἑαυτὴν, ἀλλὰ μηδέν τι τῶν ἔξωθεν, μηδ' ἂν αὐτὴν ἀνάγκην, ὥς φησι Πλήθων, ἄρχει γὰρ, ἀλλ' οὐ δεσπόζει. ἄλλο δὲ εἶναι τὸ ἄρχειν, καὶ τὸ δεσπόζειν αὖ ἕτερον. πάντα γὰρ δὴ τὰ λεγόμενα, κατὰ Πλήθωνα λέγεται, Πλήθωνι κατὰ Πλήθωνα ἀπαντῶσιν. εἰ οὖν ἄτοπον, τὸ τῇ ἀνάγκῃ μὴ ἐλευθερίαν ἕπεσθαι, ἥπερ ἔδοξε Πλήθωνι κρίται, ὡς ἡμεῖς ἀπεδείξαμεν, οὐκ ἄτοπον· εἴγε δέδεικται, μὴ δουλεία ἀλλὰ δεσποτεία εἶναι ἡ ἀνάγκη, οὐχ ἣ δεσπόζεται, ἀλλ' ἣ δεσπόζει· ὁ Πλήθων δεξιῶς, οὐδὲ τὴν ἐλευθερίαν μὴ ἀνάγκην ἐβούλετο λέγειν. εἰ οὖν ἄτοπον τὸ τῇ ἀνάγκῃ μὴ ἐλευθερίαν ἕπεσθαι, οὐ δεσποτεία ἡ ἀνάγκη, ὅπερ ἐν τοῖς πρόσθεν λόγοις ἐλέγετο. νῦν δέ φησιν· εἰ οὕτως ὁρίζεταί τις δουλείαν τε καὶ ἐλευθερίαν, τῷ κωλύεσθαι καὶ μὴ κωλύεσθαί τινα ζῆν ὡς βούλεται, ὅπερ ἐστὶ ταὐτὸν, τῷ ἀναγκάζεσθαι καὶ μὴ ἀναγκάζεσθαι. οὐχ ὑποτιθέμενος ὡς οὕτως εἰπεῖν, τὰ κατὰ τὴν ἐνίων δόξαν· ἀλλ' ἀποφαινόμενος, ὡς ἡ διασκευὴ τοῦ λόγου καὶ διατύπωσις δείκνυσιν, πρὸς γὰρ πολλοῖς ἄλλοις, ὅθεν τοῦτο δῆλον, καὶ ἐπαγωνίζεται τοῖς εἰρημένοις, οὐκ ὀλίγα περὶ τῆς κολάσεως

δια

non libertas, ſervitus eſt, non tamen illa ad ſe ipſam refertur, ſiquidem ſui ipſius ſervitus non eſt, ſed ad illud, quod ſtatum libertati contrarium inducit, id quod dominatus officio fungi debet. Ut adeo neceſſitatis erga non libertatem ea ratio ſit, quæ dominatus erga ſervitutem: non ut eadem ſimul dominatus ſit & ſervitus, ſed dominatus tantum. Quemadmodum libertas eſt non neceſſitas, eo quod dominum non habet, non quidem ſe ipſam, ſed nihil rerum externarum, ne ipſam quidem neceſſitatem, ut ait Pletho. Imperat enim, quanquam non dominatur. Aliud vero eſt imperare, aliud dominari. Sed omnia hæc quæ dicuntur, ſecundum Plethonem dicuntur, dum Plethoni ſecundum Plethonem occurrimus. Si igitur abſurdum eſt, ex neceſſitate ſequi non libertatem, ceu Plethoni viſum eſt. Quamquam, ut nos quidem demonſtravimus, abſurdum non eſt, ſiquidem neceſſitas oſtenſa fuit non ſervitus eſſe, ſed dominatus, non qua dominatui ſubeſt, ſed qua dominatur: Quod veritus Pletho, ne libertatem quidem eam voluit dicere, quæ non ſit neceſſitas. Si igitur inquam abſurdum eſt, ex neceſſitate ſequi non libertatem, efficitur, neceſſitatem non eſſe dominatum, quod & ante dictum fuit. Jam vero dicit: ſi quis hac ratione finire voluerit ſervitutem & libertatem, prout quis vel prohibeatur vel non prohibeatur vivere ut vult, ſeu quod eodem redit, prout cogatur aut non cogatur. Non quidem ponens hæc, quaſi ſecundum quorundam opinionem; ſed ſuam potius declarans, ut ſtructura & compages orationis oſtendunt. Nam, præter alia multa, unde hoc liquet, ipſe inſuper defendit dicta, & non pauca perſequitur de impro-

ἀναξίων τῇ [illegible] καὶ τῆς [illegible]. [illegible] ὁρίζεται δουλείαν τε καὶ ἐλευθερίαν φησίν, ἐλεύθερον μὲν εἶναι, τὸν ὡς βούλεται ζῶντα, πράττειν τε γὰρ εὖ, καὶ εὐδαιμονεῖν· μὴ ἐλεύθερον δὲ, τὸν μὴ ὡς βούλεται ζῶντα, κακῶς τε γὰρ πράττειν, καὶ μὴ εὐδαιμονεῖν. τοῦτο δὲ εἶναι, τὸ κακοὺς γεγονέναι. τὸ δὲ κακοὺς γεγονέναι εἶναι, τὸ μὴ ἑκόντας, ἀλλ' ἄκοντας ἐξαμαρτόντας τοῦτο γενέσθαι. τὸ δὲ μὴ ἑκόντας αὖ εἶναι, τὸ ἀνάγκῃ κακοὺς γενέσθαι· καὶ διὰ τοῦτο μηδένα κακῶν ἐλεύθερον εἶναι, τοὺς δὲ καλοὺς μόνους καὶ ἀγαθούς. εἰ δὴ ταῦτα οὕτως ἔχει, κακοὶ μὲν οἱ κακοὶ ἀνάγκῃ, καὶ δοῦλοι τῆς ἀνάγκης· ἐλεύθεροι δὲ οἱ ἐλεύθεροι, μὴ ἀνάγκῃ, μηδ' ὡς οὐ βούλονται ζῶντες, ἀλλ' ἀνάγκης ἐκτὸς, καὶ ὡς βούλονται. ὅπερ ἐστὶ, τὸ διὰ μὲν τὰ πρότερα ἀρνεῖσθαι, τὴν ἐλευθερίαν μὴ ἀνάγκην εἶναι· διὰ δὲ τὰ νῦν εἰρημένα, τοῦτ' αὖθις προΐεσθαι. καὶ πῶς ταῦτα οὐχ ἑαυτῷ ποικίλως περιπίπτοντός τε καὶ ἀντιφάσκοντος; εἰ γὰρ οἱ δοῦλοι ἀνάγκῃ δοῦλοι, καὶ οἱ ἐλεύθεροι δήπου ἐλεύθεροι, τῷ μὴ ἀνάγκῃ δουλεύειν. εἰ γὰρ τὸ δοῦλον πρὸς τὴν ἀνάγκην ὡς δεσπότην, καὶ τὸ μὴ δοῦλον, πρὸς τὴν μὴ ἀνάγκην, ὡς μὴ δεσπότην· ἢ τοὐναντίον ἄντικρυς ὡς ἐλέγετο, τῷ οἱ ἐλεύθεροι ἐλεύθεροι οὐ μὴ ἀνάγκῃ, καὶ αὖ οἱ ἐλεύθεροι ἐλεύθεροι μὴ ἀνάγκῃ. καὶ μὴν καὶ ἄλλως ἑαυτῷ περιπίπτει· νῦν μὲν τῆς ἀνάγκης ἐξαρτῶν ἅπαντα, καὶ δεσπότην αὐτὴν ἀποφαινόμενος πάντων, νῦν δὲ τὰ τῆς δεσποτείας αὐτῆς ἀπαλλοτριῶν ὄνομα, ὡς διὰ πολλῶν ἤδη γέγονε δῆλον. καὶ ὃ δὲ λέγειν ἀπέφευγεν, ὡς μὴ ὀρθῶς ἔχον, τὸ τὴν ἐλευθερίαν μὴ ἀνάγκην καλεῖν, εἰς τοῦτο αὖθις ὑπὸ πολλῆς περιηνέχθη σοφίας, ὡς δέδεικται· εἰ ἐκείνῃ μᾶλλον ὁρίζεταί τις λέγων, ἐλευθερίαν τε καὶ δου-

λείαν

borum ſupplicio atque correctione. Si quis igitur, inquit, ita definierit ſervitutem ac libertatem, ſequetur, liberum eſſe, qui vivat ut velit, quoniam bene agat & beatus ſit; illum contra non eſſe liberum, qui aliter vivat ac velit, ſiquidem male agat & beatus non ſit. Hoc vero idem eſſe, ac improbum eſſe factum. Sed improbum factum eſſe, idem velle, ac non ſponte ſed invitum deliquiſſe. Rurſus, non ſponte hoc feciſſe, ſignificare nihil aliud, quam ex neceſſitate pravum factum eſſe. Proinde malum neminem liberum eſſe, ſed ſolos bonos proboſque. Quæ ſi ita ſunt, mali ſunt ex neceſſitate mali, & ſervi neceſſitatis: Liberi vero liberi, non neceſſitate, dum non ut nolunt, vivunt, ſed extra neceſſitatem, & ut volunt. Quod eodem redit, ac prioribus quidem negare, libertatem eſſe non neceſſitatem; iis vero quæ jam dicta ſunt, hoc rurſus concedere. Quæ quomodo non hominis ſint, qui male ſibi conſtat & vario modo contradicit? Nam ſi ſervi ſunt neceſſitate ſervi, efficitur, liberos ideo liberos eſſe, quod neceſſitati non ſerviunt. Si enim ſervitus ad neceſſitatem tanquam ad dominum refertur, etiam non ſervitus ad non neceſſitatem tanquam ad non dominum referenda erit. Quod idem manifeſto eſt, ut dictum, atque hoc: liberi ſunt & non ſunt liberi non neceſſitate. Præterea, alio quoque modo ſibi contradicit, dum mox omnium rerum cauſam tribuit neceſſitati, eamque dominam declarat omnium, mox dominatus illi nomen denegat, ut multis jam dedimus manifeſtum. Proinde, quod effugere tanquam minus bene dictum volebat, ſcilicet ne libertatem, non neceſſitatem vocaret, in hoc ipſum magna ſua revolvitur ſapientia, ſicut oſtenſum eſt. Si quis, inquit, hac potius

λείαν, τῷ κωλύεσθαι, ἢ μὴ κωλύεσθαί τινα, ζῆν ὡς βούλεται, ὅπερ ἐστὶ, τὸ ἀναγκάζεσθαι καὶ μὴ ἀναγκάζεσθαι· ἃ κατέλυσεν αὐτὸς, ταῦτα πάλιν ἀνοήτως οἰκοδομῶν. ὅπερ ἴδιον τῶν ἐπ' ἀσφαλοῦς οὐδενὸς βεβηκότων, καὶ διὰ τοῦτο ἄνω τε καὶ κάτω περιπλανωμένων, καὶ τοῖς αὐτοῖς πολλάκις περιπιπτόντων. ὃ καὶ Πλήθων ἐστὶ πεπονθώς· νῦν μὲν οὐκ ὀρθῶς ἔχειν λέγων, εἰ ἐλευθερίαν τις τὴν μὴ ἀνάγκην καλεῖ, νῦν δὲ εἰς τοῦτο περιενεχθεὶς αὐτομάτως. ἀνάγκης ἐκτὸς ἀποφαινόμενος τοὺς ἐλευθέρους ζῆν, ὃ περιφανῶς ἀνάγκην τε καὶ εἱμαρμένην ἀπαλλοτριοῖ τῆς ἐλευθερίας· ὡς καὶ αὐτὸς οἷς λέγει, ἑαυτὸν λεληθέναι, εἱμαρμένην καὶ ἀνάγκην ἐν μέσῳ ποιούμενον. εἰ δὲ τὰ αὐτὰ δοκοῖμεν λέγειν πολλάκις, δυσχεραίνειν οὐ χρή. οὐ γὰρ τὰ αὐτὰ λέγομεν μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν αὐτῶν, καὶ πρὸς ἄλλην ἄλλοτε χρείαν. οὐ τῇδε δὲ μόνον δοκεῖ Πλήθων τοῦ ὑγιοῦς διαπίπτειν, ἀλλὰ καὶ τρόπον ἕτερον ἔτι. ἐπαγγέλλεται γὰρ δείξειν, τί μὲν ἐν ἀνθρώποις τὸ δοῦλον, τί δὲ τὸ ἐλεύθερον· ὁ δ' ὑπὸ τῷ ἀντιθέτῳ λεγομένῳ σχήματι, τὸ μὲν δοῦλον, εἰ καὶ μὴ ὡς ἔδει, δεικνύναι δοκεῖ, τὸ δ' ἐλεύθερον ἢ οὐδόλως, ἢ οὐχ ὡς ἔδει οὐδ' αὐτό. οὐ γὰρ καθόλου, ἀλλ' ἐπὶ μέρους, οὐδὲ περὶ τοῦ αὐτοῦ, ἀλλὰ περὶ τοῦ διαφόρου, οὐδ' ὡς ἂν ὑπὸ τῷ ἀντιθέτῳ δεικνύοιτο σχήματι, ἀλλὰ τρόπον ἕτερον, καὶ παντελῶς ἀλλότριον τῆς ἐπαγγελίας. τοῦ γὰρ ἀντιθέτου λεγομένου σχήματος ἴδιον, ὡς οὕτως εἰπεῖν, τὸ ἀναιρουμένόν τι, δεικνύναι τὸ ἀντικείμενον εἶναι. ὃ πολλοῦ δεῖ Πλήθων πεποιηκέναι· ἀναιρῶν μὲν, τὸ ἐλευθερίαν τὴν μὴ ἀνάγκην καλεῖσθαι, οὐκ ἀντιτιθεὶς δὲ οὐδ' ὁπωσοῦν, τί ποτε τυγχάνει ὂν οὔθ' ἡ ἐλευθερία, οὔθ' ἡ ἀνάγκη. ἀλλ' ἀντὶ τούτου ἕτερόν τι μεταλαμ-

ratione finiat libertatem & ſervitutem, prout quis impediatur, aut non impediatur, vivere ut vult, quod idem eſt ac cogi & non cogi. Proinde quæ ipſe diruit, eadem inſcite rurſus ædificat, quod proprium eſt eorum, qui certo nullo fundamento nituntur, ac propterea huc & illuc oberrant, & in eadem incurrunt ſæpius. Quod & Plethoni accidit, qui quidem mox improbat, ſi libertas dicatur non neceſſitas, mox in hoc ipſum ſua ſponte iterum defertur, dum liberos extra neceſſitatem declarat vivere, quod aperte neceſſitatem & fatum a libertate ſejungit: ut adeo iis quæ profert, imprudens ipſe fatum & neceſſitatem ſuſtulerit. Quodſi eadem videamur ſæpius dicere, id quidem moleſte ferre non oportet. Non enim eadem ſolum dicimus, ſed & de iiſdem, & ad alium identidem uſum. Non autem hoc tantum modo videtur] Pletho a recto aberrare, ſed & alio. Pollicetur enim, ſe oſtenſurum, quid ſit in hominibus ſervum, quid liberum. Videtur autem, ſub contra poſito quod dicitur ſchemate, quid ſervum quidem ſit, quanquam minus ut par erat, oſtendere; ſed quid ſit liberum, vel plane non, vel certe ne hoc quidem ut decebat. Nec enim de omnibus, ſed de quibuſdam, nec eodem ſed diverſo reſpectu, neque ut ſub antitheto ſchemate debebat oſtendi, ſed alio modo, & eodem, prorſus a promiſſis diverſo. Nam ſchematis, quod contra poſitum dicimus, eſt proprium, ut ita loquar, tollendo aliquid, contrarium ponere. Quod multum abeſt, quin præſtiterit Pletho, qui quidem negat libertatem vocandam eſſe non neceſſitatem, nihil vero contra ponit, quid ſit vel libertas vel neceſſitas, ſed hujus loco aliud potius aſſumit, ſcilicet

Digitized by Google

παραληφθεῖσαν, τὸ ἄρχειν τε καὶ ἄρχεσθαι, ὅπερ οὐκ ἐλευθερίαν ἀλλὰ δουλείαν εἰσάγει. φησὶν οὖν· εἰ μὲν γὰρ ἐλευθε-
» ρίαν τις τὴν μὴ ἀνάγκην καλεῖ, οὐκ ἂν ὀρθῶς φαίνοιτο
» καλῶν. εἶτα ἐπάγει· εἰ δὲ τῷ ἄρχεσθαί τε καὶ μὴ, ὁρί-
» ζοιτό τις τήν τε δουλείαν καὶ ἐλευθερίαν, οὐ μόνον οὐκ ἂν
» ἀνθρώπων οὐδεὶς εἴη ἐλεύθερος, ἀλλ' οὐδ' ἂν θεῶν ἄλ-
» λος τις, πλὴν Διός· ἄλλων μὲν ἄλλοις τῷ ἄρχεσθαι δου-
» λευόντων, ἁπάντων δ' ἀπὸ θεῶν ἠρξαμένων, τῷ κοι-
» νῷ δεσπότῃ Διΐ. ὅπερ καλῶς ἐστιν ἐξυφασμένον αὐτῷ, τὸ ἀντίθετον οὕτω παρὰ ῥήτορσι καλούμενον σχῆμα· ἢ ὅλως δοκεῖ δεικνύναι, τί ποτέ ἐστιν ἡ ἐν ἀνθρώποις ἐλευθερία; καὶ μὴν τοὐναντίον ἅπαν δέδειχε. καὶ τοῦτο οὐχ ἁπλῶς οὕτως, οὐδ' ὡς ἔτυχεν, ἀλλ' ἐκ περιουσίας· οὐ μόνον ἅπαντας ἀνθρώπους δούλους εἶναι, τῷ ἄρχεσθαι, ἀλλὰ καὶ θεοὺς ἅπαντας, πλὴν Διός. ἀλλ' οὐ τοῦτο τὸ προκείμενον ἦν αὐτῷ, καὶ ὃ δεικνύναι κατεπηγγέλλετο, ἀλλὰ πῶς μὲν δοῦλοι, πῶς δ' ἐλεύθεροι οἱ ἄνθρωποι λέγονται. ὁ δ' ὥσπερ ἐπιλαθόμενος, ὃ δεικνύειν ὑπέσχετο, τούτου μὲν πέρα, οὐδὲ ποιεῖται μνήμην σχεδόν· ἀντὶ τούτου δὲ δείκνυσι, τὸ καὶ ἀνθρώπους καὶ θεοὺς ἅπαντας, πλὴν Διὸς, δούλους εἶναι τῷ ἄρχεσθαι· εἰ μὴ τοῦτο λέγοι ἐλευθερίαν, τὸ ἀρχόμενον ἄρχειν, ὅπερ ἐστὶ, τὸ ἑτέρου ἄρχοντα, ἑτέρῳ δουλεύειν· ὡς μηδὲ τὸ ἄρχειν αὐτὸ ἐλεύθερον εἶναι, παρὰ τὸ πρῶτον ἄρχον γινόμενον, καὶ οὐ καθ' ἑαυτό. ὡς ὁ ταξίαρχος καὶ ὁ στρατηγὸς ἀρχόμενοι ἄρχουσιν, οὐχ ᾗ αὐτοῖς δοκεῖ, ἀλλ' ὡς ἐκδέδοται, ὑφ' ὧν ἐτάχθησαν ἄρχειν. τοιγαροῦν, εἰ καὶ τὰ προστεταγμένα ἄρχοντες [illegible],

οὐκ

cet quid imperare ſit aut parere, quæ non libertatem ſed ſervitutem inducunt. „ Si quis inquit eam
„ libertatem vocet, quæ ſit non neceſſitas, minus
„ recte vocaſſe videbitur. Addit deinde: Si quis
„ vero ex eo definiendam judicet ſervitutem aut li-
„ bertatem, utrum quis imperio ſubjectus ſit, an
„ minus, non ſolum hominum nemo, ſed ne Deo-
„ rum quidem ullus liber erit, præter Jovem: aliis
„ nimirum aliorum Imperio ſubjectis, ac proinde ſer-
„ vientibus, omnibus autem, inde uſque a Diis,
„ parentibus communi Domino, Jovi. Nam bene quæſo pertexuit, quod contra poſitum dicitur apud Rhetores ſchema: Aut num omnino videtur oſtendere, quæ ſit hominum libertas? Certe contrarium plane oſtendit, & hoc quidem non perfunctorie aut leviter, ſed abundanter etiam: non homines ſolum omnes ſervos eſſe, quod imperio ſint ſubjecti, ſed & omnes Deos, præter Jovem. Verum hoc ſibi nec propoſuerat, nec demonſtrandum promiſerat; ſed quomodo ſervi dicantur homines, & quomodo liberi. Is autem, quaſi iſtius promiſſi oblitus, horum fere nullam facit mentionem; ſed hujus loco oſtendit, & homines omnes & Deos, excepto Jove, ſervos eſſe, quod imperio ſint ſubjecti. Niſi forte id libertatem dixerit, ſub alius imperio conſtitutum imperare, hoc eſt, alii imperantem, alius ſervum eſſe: Ut proinde nec imperare libertas ſit, quoniam ex ſummi Imperantis nutu ſit, non ſui ipſius. Quemadmodum Centurio & Dux exercitus ſub alius auſpiciis imperant, non ut ipſis viſum eſt, ſed ut ab iis conceſſum, a quibus ſunt imperio præfecti. Proinde, ſi quid præter ea, quæ habebant mandata, præcepiſſe deprehendantur, non impune dimit-

οὐκ αὐθωρεὶ τῆς ἀρχῆς ἀπαλλάττονται, ἀλλ' ἔστιν ἰδεῖν αὐτοὺς τότε τῶν στρατιωτῶν καὶ ἐτυαῶν ἀθλιώτερον ἔχοντας. οὐ τοῦτο οὖν ἐστιν ἐλευθερία, τὸ ἀρχόμενον ἄρχειν, οὐδὲ πρὸς τοῦτο ἡ ἐπαγγελία Πλήθωνος ἔβλεπεν· ὃ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀντ' ἐλευθερίας περιάπτει δουλείαν, καὶ ὃ πρὸς ἄλλο μὲν τὸ δοῦλον, πρὸς ἄλλο δὲ τὸ ἐλεύθερον ἀποδίδωσι, κλιμακηδὸν βαθμοὺς ἀρχόντων τε καὶ ἀρχομένων εἰσάγον, καὶ οὐχ ἓν εἶδος ἐλευθερίας τε καὶ δουλείας ὑποφαῖνον, ᾧ πάντες ἐπίσης ὑποβληθήσονται ἀλλ' οὐχ οἱ μὲν οἱ δ' οὔ. οὐ πρὸς τοῦτο οὖν ἡ ἐπαγγελία Πλήθωνος ἔβλεπεν, ἀλλὰ πρός ἄλλο τι, ὃ πῇ μὲν τὴν ἐλευθερίαν, πῇ δὲ τὴν δουλείαν ἐπίσης διασώσεται πᾶσιν· ἀλλ' οὐ κατὰ βαθμούς τινας, καὶ ὑπερθέσεις, καὶ ὑποβιβασμοὺς, ἄλλων μὲν ἀρχόντων, ὑφ' ἑτέρων δ' αὖ ἀρχομένων, οὐδὲ κατὰ μέρος, τοῖς μὲν θάτερον, τοῖς δὲ τὸ λοιπόν. ὅπερ εἰ μὲν ὡς λέγομεν, δείκνυσιν, ἐξέσω σκοπεῖν τῷ βουλεμένῳ τε καὶ δυναμένῳ παντί. εἰ δὲ μὴ δείκνυσι, δῆλός ἐστιν, ἢ ἐπιλαθόμενος ὃ ἐπαγγελλόμενος ἔτυχεν ἐν ἀρχῇ, ἢ ἑκὼν τῆς ἀληθείας καὶ τοῦ ὑγιοῦς ἐκτραπείς· ἵνα μὴ τῆς εὐθείας ἐχόμενος, λάθῃ πως καὶ ἄκων ἑαυτὸν εἰς αὐτὴν ἀπενεχθεὶς τὴν ἀλήθειαν, πρὸς ἣν ἂν ἴσως αὐτὸν ὁ λόγος ἀπήγαγεν, τῆς προσηκούσης ἐχόμενον ἀκολουθίας, εἴγε μὴ ἀμηγέπῃ αὐτῆς ἀπετρέπετο. εἰ οὖν ἐπαγγέλλεται μὲν δεικνύναι, πῶς μὲν δοῦλοι, πῶς δ' ἐλεύθεροι οἱ ἄνθρωποι εἰσί τε καὶ λέγονται, δείκνυσι δὲ οὐκ ἄμφω, πῶς μὲν τοῦτο, πῶς δ' αὖ ἐκεῖνο, ἀλλὰ θάτερον μόνον τὸ δούλους εἶναι, τὸ δὲ πῶς ἐλευθέρους εἶναι, οὐ δείκνυσιν, εἰ μὴ ὅσον τοῖς μὲν θάτερον, τοῖς δὲ τὸ λοιπὸν ἀποδίδωσιν, ἀλλ οὐ τοῖς αὐτοῖς πῃ καὶ ἄμφω. καίτοι πρὸ μικροῦ λέγων, ἔχειν μέν τι ἐν ἑαυτοῖς

ἄρ-

tuntur imperio, ſed verſantur tum in multo miſeriore loco, quam ullus e gregariis militibus. Quare id libertas non eſt, ſub alius imperio imperare, neque ad hoc Plethonis ſpectabat promiſſum, quod omnibus hominibus libertatis loco ſervitutem imponit, quodque aliorum reſpectu ſervos, aliorum liberos reddit, & gradatim ordines inducit imperantium parentiumque, nec unum genus aut ſeruitutis deſignat aut libertatis, cui ex æquo ſint omnes ſubjecti, non autem cui aliqui tantum, alii non item. Eo inquam non ſpectabat promiſſum Plethonis, ſed alio: ut ſcilicet, diverſo reſpectu, & libertatem & ſervitutem, omnibus æqua ratione convenire evinceret; neutiquam vero ſecundum gradus quoſdam, atque ordines ſuperiorum honore & inferiorum, qui aliis imperent, & aliis pareant rurſus, neque ex parte, ut in alios hoc, in alios illud conveniat. Quare num id quidem ita ut diximus, oſtenderit, unuſquiſque cui placeat & qui poſſit, perpendat; Si vero non oſtendit, manifeſtum eſt, vel oblitum eſſe eorum, quæ initio in ſe receperat, vel de induſtria a vero rectoque deflexiſſe: Ne recta incedens via, imprudens in hanc ipſam incideret veritatem, ad quam forte illum duxiſſet oratio, ſi nativæ conſecutioni inſtitiſſet, nec quovis modo ab eadem fuiſſet averſus. Si igitur promittit, ſe oſtenſurum, qua ratione liberi ſint & ſervi homines atque dicantur, non vero oſtendit utrumque, & utriuſque modum, ſed alterum tantum, quod ſervi ſint, at quomodo liberi ſint non exponit, niſi quantum aliis hoc tribuit, aliis illud, non autem utrumque iiſdem: Quanquam paulo ante dixit, habere homines quendam intra ſe principatum, ſcili-

ἄρχειν τὸ φρονεῖν, τὸ δὲ πολὺ ἀρχόμενον, καὶ τῆς πολλῆς τούτου τὸ φρονεῖν κύριον εἶναι. εἰ οὖν ἐπαγγέλεται μὲν οὕτω δεικνύναι, δείκνυσι δ' οὔ, καὶ τὸ τοῦ ἀντιθέτου σχῆμα οὕτως ἐξυφήνατο καινοτόμως καὶ σοφιστικῶς ἄγαν· τί λοιπὸν ἢ θαρροῦντας ἀποφαίνεσθαι, μὴ μετέχειν μηδενὸς ὑγιοῦς, μήτ' αὐτὸν Πλήθωνα, μήτε τὸν Πλήθωνος λόγον, οὕτω ἔχοντα πάνυ τοι διημαρτημένως; ἀποδιαιρεῖ δὲ καὶ τὴν ἀνάγκην, τοῦ ἄρχειν, κἂν τούτῳ πως ἑαυτῷ περιπίπτων· εἴγε ἐλευθερίαν μὲν οὖν ἀποδέχεται τὴν μὴ ἀνάγκην καλεῖν, τοὺς δὲ τῷ ἄρχεσθαι καὶ μὴ, τὴν ἐλευθερίαν καὶ δουλείαν ὁριζομένους, τούτοις ἀρέσκεται, καὶ τοῖς τὸ μὴ ἄρχεσθαι τὸ μὴ ἀνάγκης καλεῖ, καὶ τὸ ἄρχεσθαι τὸ ἀνάγκης οὐχ ἕτερον εἶναι. εἰ δὲ τοῦτο οὐχ ἕτερον, ἀλλὰ τῷ ἄρχειν ἐξ ἀνάγκης, ἕπεται ἡ ἀνάγκη. εἰ γὰρ μὴ, τὸ ἄρχειν ἔσαι χωρὶς ἀνάγκης, εἰ δὲ χωρὶς ἀνάγκης, δηλαδὴ καὶ εἱμαρμένης χωρὶς, καὶ δὴ κοινὸν καὶ οὕτως ἀνῄρηται εἱμαρμένη. εἰ οὖν τῷ ἄρχειν ἐξ ἀνάγκης ἕπεται ἡ ἀνάγκη, καὶ τῷ μὴ ἄρχεσθαι ἡ μὴ ἀνάγκη ἂν ἕποιτο ἐξ ἀνάγκης. εἰ γὰρ τῷ ἐναντίῳ τὸ ἐναντίον, καὶ τῷ ἐναντίῳ τὸ ἐναντίον. τί οὖν τὴν ἐλευθερίαν, εἰ μὴ ἀνάγκην λέγοι τις, ἀποσκευαζόμενος, εἰ τὸ μὴ ἄρχεσθαί τις ἐλεύθερον ἀποκαλοίη, λέγοντος ἀποδέχεται καὶ ταῦτα, τῷ μὴ ἄρχεσθαι ὡς δέδεικται ἑπομένης τῆς μὴ ἀνάγκης; εἰ μὴ ἕτερον λέγοι τὴν ἀνάγκην καὶ μὴ ἀνάγκην, τοῦ ἄρχεσθαι καὶ μὴ ἄρχεσθαι ὡς ἄρχειν τε τὰ ἄρχοντα, καὶ μὴ ἄρχεσθαι τὰ μὴ ἀρχόμενα, ἀνάγκης ἄνευ, καὶ μὴ ἀνάγκης, ὅπερ καὶ αὐτὸ εἰς ἀντίφασιν ἀντιπεριάγει. ὡς ἑκατέρωθεν τῷ αὐτῷ περιπίπτειν πταίσματι, ἔκ τε τοῦ μὴ ἀποδέ-

ent mentem, pleraque vero hominis, ſubeſſe imperio, & horum quidem dominam eſſe mentem. Si igitur pollicetur quidem, ſe ita oſtenſurum, non vero ita oſtendit, ſed antithetum ſchema more plane novo & ſophiſtico pertexit: Quid reliquum eſt, niſi ut confidenter pronunciemus, nihil eſſe vel in Plethone ipſo ſani, vel in oratione Plethonis, ita perverſe inſtituta? Diſtinguit præterea neceſſitatem ab imperio, etiam hac in re ſibi male conſtans: ſiquidem negat, libertatem poſſe vocari non neceſſitatem, iis vero adſentitur, qui ex eo, num quis imperio ſubſit vel minus, libertatem finiendam judicant, quique ut aliud eſſe dicunt, non parere & non ſubeſſe neceſſitati, ita imperium etiam a neceſſitate diſtinguunt. At ſi hæc diverſa non ſunt, ſed ex imperio, quod a neceſſitate proficiſcitur, fluit neceſſitas. Nam ſi minus, imperium erit abſque neceſſitate, ſi autem ſine neceſſitate, etiam abſque fato, adeoque vel ſic fatum erit ſublatum. Si igitur, inquam, ex imperio, quod a neceſſitate proficiſcitur, fluit neceſſitas, ex ſtatu qui eſt imperio ſolutus, non neceſſitas neceſſario ſequetur. Nam ſi uni contrario ſuum contrarium rite opponitur, etiam alteri ſuum recte opponetur. Cur igitur, ſi quis libertatem dixerit non neceſſitatem, id repudiat; ſi quis vero ſtatum imperio ſolutum libertatem dixerit, id admittit: cum tamen ut demonſtratum eſt, ex non imperio ſequatur non neceſſitas? Niſi diverſam dixerit eſſe neceſſitatem & non neceſſitatem, ab imperio & non imperio: ut imperent imperantes ſine neceſſitate, & non pareant non parentes ſine non neceſſitate, quod ipſum denuo ad contradictionem reducit. Ut utroque modo in idem incurrat

vitium,

Digitized by Google

δέχεσθαι, ἐλευθερίαν λέγεσθαι τὴν μὴ ἀνάγκην, καὶ αὖ τοῦτο αὐτὸ, τῷ μὴ ἄρχεσθαι φαίνεσθαι ὑποδέχεσθαι, καὶ ἐκ τοῦ, τοῦτο δεδιότα, τὴν ἀνάγκην τε καὶ μὴ ἀνάγκην, τῆς ἀρχῆς καὶ μὴ ἀρχῆς ἀποδιαιρεῖν, ὡς εἰ μὴ ἀποδιαιροίη τις, ὃ ἀπέφευγεν, ἐκεῖνο πάντως ἐσόμενον. ἡ γὰρ ἀνάγκη τὸ ἄρχον ἄρξει, καὶ τὸ μὴ ἀρχόμενον μὴ ἀνάγκη οὐκ ἄρξεται, καὶ δὴ ὃ ἀπέφευγεν, εἰς τοῦτο αὖθις ἐμπέπτωκεν· ἢ καὶ τὸ ἄρχον ἀνάγκη ἄρξει, καὶ τὸ μὴ ἀρχόμενον ἀνάγκη μὴ ἄρξεται, καὶ δὴ τό τε ἄρχον καὶ τὸ μὴ ἀρχόμενον, ἑκάτερον ἀνάγκη ἄρχεται, ὡς καὶ τὸ ἄρχον ἀρχόμενον εἶναι, καὶ αὖ τὸ μὴ ἀρχόμενον, ἀρχόμενον ἀνάγκη, καθ' ἣν ἐστι μὴ ἀρχόμενον· ἢ οὐκ ἀνάγκη, οὔτε τὸ ἄρχον ἄρξει, οὔτε τὸ μὴ ἀρχόμενον μὴ ἄρξεται, καὶ τῆς τε ἀρχῆς ἕτερον ἡ ἀνάγκη λοιπὸν, καὶ τὸ ἄρχειν καὶ μὴ ἄρχειν μὴ καθ' εἱμαρμένην, εἴγε τὸ αὐτὸ ἡ ἀνάγκη τῇ εἱμαρμένῃ. καὶ μὴν καὶ ἡ πρεσβυτάτη ἀνάγκη, καὶ ἡ μόνη δι' αὐτὴν ἀναγκαίως ἔχει, τὰ δ' ἄλλα πάντα δι' ἐκείνην, οὐκ αἰτία πάντων ἐστὶ, ὡς ἐκ τῶν εἰρημένων δῆλον ἐστίν. οὐ γὰρ δὴ καὶ τοῦ ἄρχειν, εἴγε μή εἰσιν ἀνάγκῃ τε καὶ μὴ ἀνάγκῃ, οἱ ἄνθρωποι δοῦλοί τε καὶ ἐλεύθεροι, εἰ καὶ θάτερον μόνον· ἀλλὰ τῷ ἄρχειν τε καὶ μὴ, καὶ τῷ ὡς βούλονταί τε καὶ μὴ βούλονται ζῆν. εἰ δὲ πάντων αἰτία, καὶ δι' ἐκείνην πάντα, οὐδὲ τὸ ἄρχειν καὶ μὴ ἄρχειν ἄνευ ἀνάγκης, οὐδὲ τὸ ἐλεύθερον καὶ μὴ ἐλεύθερον εἶναι. καὶ αὖθις αὖ περιηνέχθη, εἴς τε τὸ ἀνάγκη καὶ μὴ ἀνάγκη, τὴν ἐλευθερίαν καὶ μὴ ἐλευθερίαν ὁρίζεσθαι, καὶ πάλιν τοῦτο ἀρνεῖσθαι. τοσαύταις ἀκαταλληλίαις τε καὶ ἀντι-

φά-

vitium; ſeu neget libertatem dici poſſe non neceſſitatem: ſeu rurſus id, eò quod non imperium cum libertate idem dicit, videatur concedere: atque, dum hoc metuit, neceſſitatem iterum & non neceſſitatem ab imperio & non imperio diſtinguat, quaſi ni hoc feciſſet, omnino quod effugere conatur, ſecuturum eſſet. Nam aut neceſſitate & quod imperat imperabit, & quod non paret, non neceſſitate non parebit; ac proinde quod vitat, in id ipſum rurſus incidet. Aut pariter & imperans neceſſitate imperabit, & non parens neceſſitate non parebit: & proinde quod imperat, & quod non paret, neceſſitati erit ſubjectum, ut ita & quod imperat pareat, & quod non paret nihilominus pareat, neceſſitati ſcilicet, ſecundum quam non paret. Aut denique nulla neceſſitate neque imperans imperabit, neque quod non paret non parebit: ac proinde diverſa ab imperio erit neceſſitas, & imperium juxta & non imperium, non ſecundam fatum erunt, ſiquidem neceſſitas & fatum idem ſunt. Præterea & ſumma neceſſitas, quæ ſola per ſe eſt neceſſaria, cum reliqua per ipſam ſint, non erit omnium cauſa, ceu ex dictis liquet. Non enim imperii quoque cauſa erit, ſiquidem non ſunt neceſſitate ſervi homines, & non neceſſitate liberi, aut ſi alterutrum tantum non eſt; ſed prout vel imperant, vel minus, ac prout vivunt pro lubitu, aut non vivunt. Si vero omnium cauſa neceſſitas eſt, & per illam omnia ſunt, efficitur, neque imperare aut non imperare, nec liberum aut non liberum eſſe quenquam, abſque neceſſitate: Proinde rurſus eo revolvitur, ut neceſſitate aut non neceſſitate, libertatem aut non libertatem definiendam fateatur, iterum vero id neget. In tot

φάσεσιν ὁ Πλήθωνός τε λόγος, καὶ Πλήθων αὐτὸς περιπέπτωκεν· ἀντιτιθεὶς μὲν πρὸς τοὺς τὴν εἱμαρμένην τιθεμένους λόγους, μὴ ἐξισχύων δὲ μετὰ τοῦ ἀληθεύειν τὰ ἀντιτιθέμενα ἐπιλύεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο ἄνω τε καὶ κάτω περιπλανώμενος. καὶ νῦν μὲν σοφιζόμενος παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν, ὃ τὸ τῆς δουλείας καὶ ἐλευθερίας αὐτῷ πεποίηκεν ὄνομα, λαμβανόμενον ὡς οὐκ ἔδει· νῦν δὲ αὐτὸς ἑαυτῷ περιπίπτων καὶ ἀντιφάσκων, ὃ διὰ πολλῶν γεγενημένων δέδεικται ἤδη. αὖθις δ' ἐπαναλαμβάνοντας ἡμᾶς, ἀπαριθμεῖσθαι ταῦτα περίεργον· Πλήθωνι πλείονα περιάπτοντας αἰσχύνην, τῷ πολλάκις ἐπὶ πλείονι τοῦ λόγου σαφηνείᾳ, τὰ αὐτὰ παράγειν εἰς μέσον. ἀντιποιούμεθα γὰρ ἡμεῖς, κἂν τῷ τοῖς ὑπὸ Πλήθωνος λεγομένοις ἀπαντᾶν, τῆς Πλήθωνος εὐλαβείας τε καὶ τιμῆς πλέον, ἢ τῆς αὐτὸς αὐτοῦ πανταχοῦ φυλαττόμενοι, τὸ μὴ λαθεῖν εἰπεῖν τι πρὸς αὐτὸν ἀπηχές, μηδ' οἷον ἂν δόξαι τῆς προσηκούσης σεμνότητος ὑπεξαγαγεῖν, πλὴν ὁπόσον ἡ τοῦ λόγου ἀκολουθία, καὶ μὴ βουλομένους ἐστὶν ἀναγκάζουσα. καίτοι τί ὅ, τι καὶ τῶν χειρίστων τε καὶ ἐπονειδίστων, οὐκ ἂν ἥρμοττεν ἀκούειν αὐτόν; ἀλλ' ἡμεῖς οὐχ ἅπερ ἄξιον ἐκεῖνον ἀκούειν σκοποῦμεν, ἀλλ' ἅπερ ἡμᾶς καὶ ποιεῖν καὶ λέγειν δίκαιον, ταῦτα τιθέμεθα πρὸ παντός· ἀρκεῖν ἀντὶ πάσης ἀτιμίας καὶ αἰσχύνης ἡγούμενοι Πλήθωνι, τὸ οὕτως αὐτὸν ἑαυτὸν καταισχύνειν, ὡς πᾶσιν ἔμελλεν, ἐπάρατός τε εἶναι, καὶ πυρὶ τῷ αἰωνίῳ ὕλη, μεθ' ἧς ἔτεκεν ἀσεβείας, ταμιευθήσεσθαι. ἀλλ' ὅπερ ἔλεγον, οὐκ ἔχων τὰ μετὰ τοῦ ἀληθεύειν ἀντιτιθέμενα, ἀληθῶς ἐπιλύεσθαι. ἀληθὲς γὰρ ἀληθεῖ λυθῆναι οὐχ οἷόν τε, ἀλλ' οὐδ' ἀληθὲς ψευδεῖ, ἀλλὰ ψευδὲς ἀληθεῖ. οὐκ ἔχων οὖν ἀληθέσιν ἀληθεῖ ἀντιφέρεσθαι ψευδέσιν, ἐπικεχείρηκεν· οἷς ἐπιχειρήσας, τὸν τοσοῦτον ὑπέμεινε πλάνον καὶ τὰ αἰσχι-

enim diſcrepantias & contradictiones, & Plethonis oratio & Pletho ipſe incidunt. Qui quidem dubium adverſus rationes pro fato movet, ſed nequit ex vero diſſolvere, ac propterea huc atque illuc circumvagatur: nunc ambiguitate vocum ludens, dum ſervitutis ac libertatis nomina, aliter ac fieri debebat accipit: nunc ipſe ſibi male conſtans ac contradicens, quod multis jam docuimus argumentis. Supervacuum proinde eſt, hæc iterum repetita annumerare, ne majorem etiam Plethoni adſpergamus ignominiam, dum eadem ſæpius abundanti explananatione adducimus in medium. Nos enim, etiam dum iis, quæ Pletho dixit, occurrimus, magis ſtudemus reverentiæ honorique Plethonis, quam ipſe facit. Et ubique nobis temperamus, ne quicquam durius adverſus ipſum imprudentibus excidat, aut quod videri poſſit, reverentiæ convenienti quicquam detrahere, niſi quantum orationis conſecutio vel nolentibus nobis exprimit. Quanquam nihil adeo turpe eſt aut probroſum, quod non in illum merito conveniat. Nos autem quid ille dici mereat, non ſpectamus, ſed quæ nos æquum eſt facere ac dicere; ea nobis prima ſunt & antiquiſſima: Et ſatis arbitramur Plethoni eſſe dedecori atque ignominiæ, quod ipſe ſe adeo turpiter dederit, ut execrandus merito debeat eſſe omnibus, & igni æterno, cum iis quæ peperit flagitiis, reſervandus. Sed quod dixi, ubi quæ vere ſibi oppoſuerat, non poterat vere diſſolvere. Verum enim vero ſolvi nequit, multo minus verum falſo; ſed falſum debet vero ſolvi. Ubi ergo vera veris diſſolvere non poterat, falſis id conatus eſt. Quod dum fecit, in tantum eſt errorem delatus, & rem manifeſto tur-

ςα τὸν πώποτε δέδεικται πεποιθώς. ὡς οὐκ ἐχρῆν, ἀλλ' ἢ μὴ δὲ τὴν ἀρχὴν ἀντιθεῖναι, μένοντα ἐφ' ἧς ἔτυχεν ἀσεβείας, ἵνα μὴ ἐδόκει γοῦν τισι τὴν ἀλήθειαν ἐπεγνωκὼς, ἑκὼν αὐτῆς ἀποπλανηθῆναι, ὡς καὶ τοσαύτῃ περιπεσεῖν ἀβελτηρίᾳ τε καὶ ἀκαταλληλίᾳ τοῦ λόγου· ἢ ἀντιθέμενον, ἐπεὶ μὴ εἶχεν εὐπορεῖν, ὡς ἐπιλύσεται τὰ ἀντιτεθειμένα τε καὶ ἠπορημένα, ἣν ἀλήθειαν αὐτὰ πρεσβεύει, ἀσπάσασθαι, ἀλλὰ μὴ οὕτως ἀπαντᾶν πρὸς αὐτὰ, ὡς ἔμελλε μετὰ τοῦ ἀσεβεῖν, καὶ τὸν πώποτε αἰσχρότερός τε καὶ ἀναιδέστερος δείκνυσθαι. ἀλλ' εἰς ταῦτα μὲν ἡμᾶς, ὡς εἴρηται, καὶ μὴ βουλομένους, ἡ τοῦ λόγου ἐξήνεγκεν ἀκολουθία. νῦν δὲ τὰ Πλήθωνι εἰρημένα πρὸς τὴν ἀντίθεσιν, αὐτῇ ἐκείνῃ παραθῶμεν τῇ ἀντιθέσει· καὶ δείξωμεν ὅπῃ τε ἔχει, καὶ εἰ ὅλως ἔχεται λόγου, ἃ ἐπιλυόμενος τῇ ἀντιθέσει ἀντέθηκεν. οὐκοῦν ἡ ἀντίθεσις ἔλεγεν, εἰ πάντα ὥρισται, καὶ οὐδὲν ὅ,τι μὴ ἀνάγκης μετείληφε τῶν ὄντων, ἔκ τε τῶν ἀνθρώπων οἰχεσθαι αὐτὴν ἐλευθερίαν, καὶ τὴν δίκην θεόθεν· τῶν μὲν ἀνθρώπων ἀνάγκῃ, ἅττ' ἂν πράττοιεν, πραττόντων, καὶ οὐκέτι οὔτ' ἂν κυρίων ἑαυτῶν ὄντων, οὔτ' ἂν ἐλευθέρων· τῆς δὲ θεόθεν κολάσεως, ἤτοι τὸ παράπαν ἂν ἀφεστηκυίας τῶν κακῶν, ἢ οὐκ ἂν γινομένης ἐν δίκῃ, εἴγε δὴ ἀνάγκῃ οἱ κακοὶ κακοί. ταῦτα μὲν ἡ ἀντίθεσις, ἡ δὲ λύσις, οὐχ ὅτι ἐπελύσατο τὰ εἰρημένα, ἀλλὰ καὶ προσεπεβαιώσατο, οὐ μόνον οὐ δεικνῦσα τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ἅπαν. οὐδένα ἀποφαινομένη ἐλεύθερον, οὐχ ὅτι ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐδὲ θεῶν, ὡς φησιν, οὐδένα πλὴν Διός. τὴν τε ἀνάγκην, οὐχ ἤτοι ἁπλῶς, ἢ πῇ ἀποφάσκουσα, ἀλλὰ ταύτῃ πάντα καθυποβάλλουσα· ὡς μηδ' ἂν ταύτῃ μηδένα τῶν ἁπάντων ἐλεύθερον εἶναι, κατ' ἀνάγκην δή τινα ἀ-

φυκ-

piſſimam omnium commiſit. Proinde vel ab initio nihil ſibi debebat opponere, ſed in illa quam excogitarat impietate conſiſtere, ne videretur quibusdam ab agnita veritate ſponte deflexiſſe, ac propterea incidiſſe in tantam amentiam ac contradictionem orationis: Aut certe, poſteaquam oppoſuerat aliquid, nec habebat, quo oppoſita argumenta & dubia recte diſſolveret, debebat eam, quam iſta profitentur, veritatem amplecti; non autem ita illis occurrere, ut & impius & turpiſſimus omnium ac impudentiſſimus merito videretur. Sed ac hæc quidem ut dictum, vel invitos nos orationis conſecutio adduxit. Jam autem quæ Pletho ad argumentum oppoſitum reſpondet, ipſi quoque argumento adjiciamus, & oſtendamus, quomodo ſe habeant, & num omnino veritas inſit in iis, quæ diſſolvendo huic argumento oppoſuit. Nimirum ita habet argumentum. Si omnia ſint definita, nihilque ſit neceſſitatis expers, exulaturam ex hominibus ipſam libertatem, & juſtitiam ex Diis; Cum homines ex neceſſitate facturi ſint, quæ fecerint, neque vel ſui amplius arbitrii futuri, vel liberi: Vindicta vero divina vel omnino neglectura malos, vel certe minus juſta futura ſit, ſiquidem mali ſint ex neceſſitate mali. Hujuſmodi quidem eſt argumentum, at reſponſio tantum abeſt, ut dicta diſſolvat, ut potius inſuper confirmet: Quæ ſcilicet non ſolum libertatem oſtendit nullam, ſed & contrarium docet, neminem ſcilicet eſſe liberum, non modo inter homines, ſed ne ipſos quidem, ut inquit, Deos, niſi Jovem. Neceſſitatem vero neque prorſus, nec aliqua ratione negat, ſed eidem omnia ſubjicit: Ut per hanc liber eſſe nemo poſſit omnium, omnibus ex ineluctabili neceſſitatis

φυκτον, παντὸς ζῶντος, οὐχὶ καθ' ἑαυτὸν οὐδενὸς πολιτευο-
μένου, ὃς ἔμελλεν ἂν μόνος ἐλεύθερος εἶναι. τοὺς κακοὺς
τε ἀπεφήνατο, κακοὺς ἀνάγκῃ εἶναι, καὶ οὐ καθ' ἑαυτοὺς·
ὃ ταυτὸν τῷ ἀνάγκῃ κακοὺς εἶναι, καὶ κακῶν μηδένα ἐλεύ-
θερον εἶναι, δούλους δὲ ἅπαντας ἐξ ἀνάγκης· ἅπερ εἰ μὲν
ἐπιλυομένου τὰ ἠπορημένα, σκοπείτω πᾶς ὁ βουλόμε-
νος. εἰ δ' ἐπιβεβαιοῦντος μᾶλλον, ἅπερ ἡ ἀντίθεσις ἔ-
λεγε, ταῦτα ἐκ πολλῆς περιουσίας κρατύνοντος, ὡς ἔκ τε
τῶν προειρημένων ἡμῖν ἐγένετο δῆλον, καὶ ἐξ ὧν ἀντιπαρα-
τεθεῖσιν ἀλλήλοις, τὰ τῆς ἀντιθέσεως καὶ τῶν ἐπ' αὐτῇ ἐ-
πιλύσεων, φαίνεται· πῶς οὖν καὶ κατ' αὐτὸν Πλήθωνα, κυ-
ροῦταί τε ἡ ἀντίθεσις, καὶ μεθ' ἑαυτῆς τὸ ὑγιὲς ἔχουσα; ἧς
οὕτως ἐχούσης, καὶ οὐχ ὅτιγε μὴ λυομένης ὑπὸ Πλήθωνος,
ἀλλὰ καὶ προσεπιβεβαιουμένης· ἢ οὐκ ἂν εἴη τὰ κατὰ τὴν ἀν-
τίθεσιν, ὅπερ ἀμήχανον, ἕως ἂν ταῦτα τὸ ὑγιὲς ἔχειν
ὁμολογῆται· ἢ εἰ ταῦτα εἴη, καὶ κατὰ Πλήθωνα δέδεικται
εἱμαρμένη μὴ εἶναι, μηδ' ἀνάγκῃ ἀπαρατρέπτῳ γίνεσθαι
πάντα. ἕως γὰρ ἂν ὑγιαίνῃ ὁ λέγων λόγος, εἰ πάντα περ-
σθαι, τὴν ἐλευθερίαν ἐξ ἀνθρώπων οἴχεσθαι, καὶ τὴν δίκην θεό-
θεν, ὅπερ ὡς ἀληθῶς ἄτοπα καὶ ἀδύνατα· ἐκεῖνο οὐκ ἂν εἴη,
ὅθεν ἕπεται ταῦτα, καὶ λοιπὸν ἅπερ οἰκοδομεῖν παρέβαι-
νε Πλήθων, αὐτὸς, οὐκ οἶδ' ὅ, τι παθὼν, ὑπὸ τῆς ἀληθεί-
ας ἴσως καὶ ἄκων συνελαθεὶς, ταυτὶ καταλέλυκεν. οὗ μεῖ-
ζον εἰς ἀπόδειξιν, οὐδ' ἀξιοπιστότερον οὐδὲν, μεματαιῶ-
σθαι τοὺς ἀπολογισμοὺς αὐτοῦ παραπλησίως παιδὶ παίζοντι,
καὶ ἃ φθάσας ᾠκοδόμησεν, αὖθις αὐτὰ καταλύοντι. εἰ οὖν τις
αὐτῷ οὕτως ἔχοντι προσέχειν αἱροῖτο, πῶς οὐ καὶ αὐτὸς κατ'
αὐτὸν ἐκεῖνον μεματαίωται, παιδὸς ἀνοηταίνοντος οὐδὲν

ἀμει-

præſcripto viventibus, nemine autem ex ſuo arbitrio instituente vitam, qualis certe ſolus liber fuiſſet. Malos præterea declaravit neceſſitate malos eſſe, non autem ex ſeſe: quod idem eſt, ac neceſſario malos eſſe, & malorum neminem eſſe liberum, ſed ſervos omnes ex neceſſitate. Quæ quidem num ſint hominis ſolventis dubia, perpendat cuicunque volupe fuerit. Si vero confirmantis potius ſunt, quique iis, quæ continentur argumentis oppoſitis, ex abundanti robur addat, ceu ex dictis partim manifeſtum eſt, partim ex iis, quæ conferentes argumenta cum reſponſionibus facile perſpicient: Quidni ſecundum Plethonem ipſum rata ſint & ſalva, quæ oppoſita fuere? Quæ cum ita ſe habeant, & a Plethone non ſolum non ſint ſoluta, ſed & confirmata inſuper: ſequitur, ut vel antitheſis non ſit vera, quod fieri non poteſt, quamdiu illam ſalvam eſſe conceditur, aut ſi hæc ſtat, ut ſecundum Plethonem etiam demonſtratum ſit, neque fatum eſſe, neque neceſſitate immutabili omnia fieri. Quamdiu enim ſalva eſt hæc oratio, ſi omnia ſint definita, exulare libertatem ex hominibus, & vindictam ex Diis, quæ certe ſunt vere abſurda, & fieri non poſſunt: Efficitur, illa unde hæc fluunt, ſtare non poſſe, ac proinde, quæ firmare neglexit Pletho, eadem ipſum, neſcio qua de cauſa, forte quod invitus ſit a veritate commotus, deſtruxiſſe. Quo quidem majus nihil aut fide dignius, ad demonſtrandum, irritas factas eſſe defenſiones ipſius, non aliter ac fieri ſolet a puero ludente, qui quæ exſtruxerat ante, rurſus ipſe diſſolvit. Si quis igitur ita inſtructum voluerit Plethonem ſequi, quidni ipſe quoque ſecundum eundem ineptus ſit, & inſipiente puero nihil melior:

Digitized by Google

ἄμεινον ἔχων· εἰ μὴ καὶ χεῖρον, παρ' ὅσον ἐν οὐ παικτοῖς ἐπιδείκνυται παιδιὰν, εἰς ἔσχατον ἀσεβείας ἐξωθοῦσαν κρημνόν; εἴγε καὶ παιδιά τι τοιοῦτον· ἀλλὰ μὴ ἑκούσιος ἀπωλείας κρημνὸς, καὶ λογισμοῦ παρατροπὴ ἐθελούσιος, ἐπὶ τοῦτο φέρουσα, ἐφ' ὃ οὐδ' ἂν μαινόμενος αὐτομολῆσαι ἠνέσχετο. καὶ περὶ μὲν τούτων, ἐπὶ τοσοῦτον. λοιπὸν δὲ ἡ περὶ τῆς θεόθεν γινομένης δίκης ἀνθρώποις, ἐξέτασις. ἣν ποιησαμένοις, οὐδὲν ἴσως τῶν δεόντων ἐλλελειμμένον ἡμῖν ἀνεξέταστον ἔσται, καὶ τῷ λόγῳ τὸ προσῆκον πέρας ἐπιτεθήσεται· δίκην εἰ καὶ μὴ ἀξίαν, τὴν γοῦν δυνατὴν, εἰληφόσι, παρά τε Πλήθωνος αὐτοῦ, καὶ τοῦ Πλήθωνος. τεκμήριον ἐκείνης οὖσαν τῆς δίκης, ἥπερ αὐτὸν αἰωνίως ἑαυτῇ παρακαθέξει, ἄφυκτα κολασθησόμενον, ὅτι δὴ ἀνεπανόρθωτα, καὶ ἐθελούσια, τὰ πεπλημμελημένα αὐτῷ· ὃν εὐεργετοῦντα ποικίλως, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἀνακτώμενον, ἑκὼν οὐκ ἐπέγνω, τοῦ ὑγιοῦς ἐκτραπεὶς, τοῦτον ἐπεγνωκότα αἰωνίως κολάζοντα. λέγει τοίνυν περὶ τῆς θεόθεν γινομένης δίκης ἀνθρώποις, οὑτωσί πως ὁ Πλήθων· „τοὺς δὲ θεοὺς
„κολάζειν ἂν, οὐκ αὐτὸ τοῦτο τέλος δήπου, τό γε κο-
„λάζειν ποιουμένους, οὐδὲ ἐπ' αὐτοῦ καταστρέφοντας, ἀλ-
„λὰ τὰ ἁμαρτήματα ἐπανορθοῦντας. εἶτα ἐπάγει· ἐπεὶ
„γὰρ οὐχ οἷόν τ' ἦν, μὴ ἁμαρτάνειν πάντως τὸν ἄνθρωπον,
„τοιοῦτόν τινα γεγονότα, ἔκ τε θείας καὶ ἐπικήρου φύ-
„σεως σύνθετον, ἀλλ' ἔδει τότε μὲν ἂν, κατὰ τὸ θεῖον τὸ
„ἐν αὐτῷ, ἐπὶ τὴν τοῦ συγγενοῦς ἀφομοίωσιν ἀγόμενον,
„εὖ τε πράττειν καὶ μακαρίως ζῆν· τοτὲ δ' αὖ ὑπὸ τοῦ
„θνητοῦ τοῦ ἐν αὐτῷ κατασπώμενον, ἑτέρως αὖ πράττειν
„βοήθειάν τινα αὐτῷ· καὶ διὰ τῆς κολάσεως ταύτης ἐπα-
„νόρθωσιν τοὺς θεοὺς μεμηχανῆσθαι· ὥσπερ, τῷ κολασθῆ-
„ναί τε καὶ δίκην δεδωκέναι ἀπαλλαγέντι τῆς κακίας·

οἷον

lior; niſi etiam pejor, quatenus in rebus non ludicris luſum oſtentat, qui in extremam detrudit impietatem? Si modo luſus hic eſt dicendus, & non potius ſpontanea præcipitatio in perniciem, & voluntaria mentis aberratio ad illa ferenda, quæ ne inſanus quidem profugere ſuſtineat. Sed tantum de his. Reliquum eſt, ut de pœna, quam hominibus infligit Deus, diſpiciamus. Quod ubi fecerimus, nihil forte dignum examine, erit a nobis ſilentio prætermiſſum, atque orationi finis merito imponetur: poſteaquam pœnam, ſi non qualem debebamus, ſaltem qualem poteramus, repetierimus à Plethone & ſententiis Plethonicis. Quæque argumentum ſit iſtius pœnæ, quæ illum detinebit in æternum, ineluctabili afficiendum ſupplicio, quod pertinaciter ac ſponte tanta ſuſceperit flagitia: ubi, quem variis modis benefacientem ſibique conciliantem, noluit a vero averſus agnoſcere, eundem ſempiternum olim ſcelerum vindicem agnoverit. Ita igitur de ſupplicio, quod Deus capit ab hominibus, loquitur Pletho: „ Deos quidem punire, non ut pœnas ipſas „ ſibi conſtituant finem, aut eo convertant a- „ nimum; ſed ut delicta corrigant. Addit dein- „ de: Siquidem fieri aliter non poterat, quin ali- „ quando delinqueret homo, qui ita erat compa- „ ratus, atque e divina & caduca naturis compoſi- „ tus. Sed debebat quidem aliquando ſecundum id „ quod erat in ipſo divinum, ad cognatæ naturæ „ imitationem excitatus, bene agere, vivereque „ beate: Interdum vero, a natura abreptus mor- „ tali, alio quodam ſubſidio juvari. Hanc vero „ correctionem Deos pœnarum ope effeciſſe: Ut „ homo, dum punitur ac pœnas dat, liberatus a

„ ὥσπερ νόσοις σώματος, θηριακοῖς τε καὶ ἀνιαροῖς τισὶ
„ φαρμάκοις, ἀμείνω τε πρᾶξαι γένοιντο, καὶ ἐλευθερίας
„ αὖθις ἀτελείας μεταλαβεῖν, ὅτε μηδὲ μακροτέρα τις ἐ-
„ πανόρθωσις, διὰ μοχθηροτέραν τινὰ ἕξιν, δύναιτο κα-
„ τορθοῦσθαι, ὡς οὐδὲν ἂν κωλύοι, καὶ ἄκοντας κακοὺς ὄντας
„ τοὺς κακοὺς, ὅμως κολάζεσθαι. κακὸν μὲν οὐδὲν πει-
„ σομένους, ἀλλ' ὠφελησομένους τῷ κολάζεσθαι. προσ-
ήκοντά γε τῇ θεοποιΐᾳ Πλήθωνος τὰ λεγόμενα κο-
λάζειν τοὺς μὴ ἑκόντας ἐξαμαρτάνοντας, ἀλλά τινι ἀνάγ-
κῃ δυστυχῶς μὲν, βίᾳ δὲ ὅμως ἐξαγομένους, ἐφ' ἅ-
περ οὐ βούλονται. ὡς αὐτῷ τούτῳ τῷ κολάζειν, καὶ τῶν κα-
κιῶν ἐπανορθοῦν πειρᾶσθαι, κακοὺς αὐτοὺς γίνεσθαι· ἀδίκως
κολάζοντας τοὺς μὴ ἑκόντας ἐξαμαρτάνοντας, καὶ τῶν κα-
κιῶν τὸ τῶν κακῶν, οὐδὲν οὕτω καλουμένων, μετατιθέν-
τας ἐφ' ἑαυτούς. οὐδὲν γὰρ ἄλλο τοῦτό ἐστιν, ἢ ἀνθρώπους ἐ-
πανορθοῦν ταῖς κολάσεσιν, αὐτῷ τούτῳ τῷ κολάζειν, καὶ
πειρᾶσθαι ἐπανορθοῦν, αὐτοὺς κακοὺς γίνεσθαι, οὓς οὐκ ἔδει
κολάζειν, κολάζοντας. εἰ γὰρ ἄκοντες ἐξαμαρτάνουσιν ἄν-
θρωποι, ἢ τὸ ἀκούσιον ἀνελεῖν κακὸν ἔδει, ὃ αὐτοὺς πα-
ρασκευάζει κακύνεσθαι, ἵνα καὶ ἀληθὴς ἦν ἐπανόρθωσις τοῦτο·
ἢ μὴ ἀνθρώπους κολάζειν ἐξαμαρτάνοντας ἄκοντας, ἀλλ' ὃ
αὐτοὺς ἐξαμαρτάνειν βιάζεται. τοῦτο δ' ἂν ἦν, ἢ αὐτοὺς ἑαυτοὺς
εὐλόγως κολάζειν, ἢ εἱμαρμένην, ἢ καὶ ἑαυτούς γε καὶ εἱμαρ-
μένην· δι' ἣν πάντως καὶ τὸ ἀνθρώπους ἐξαμαρτάνειν, καὶ κα-
κοὺς γίνεσθαι, ἅτε μὴ καθ' ἑαυτοὺς, μηδ' ἑκόντες οἱ κακοὶ
κακοὶ, ἀλλ' ἄκοντες, καὶ ἀνάγκῃ, καὶ ὡς οὕτως εἰπεῖν,
εἱμαρμένῃ ἀπαρατρέπτῳ. νῦν δὲ παραπλήσιον ποιοῦσιν,
ὡς εἴ τις δούλους κεκτημένος δεσπότης, αὐτὸς αὐτοὺς, ἐπί
τε τῶν ἀπειρημένων τοῖς νόμοις, προτρέποι τε καὶ βιάζοιτο,
καὶ ἄκοντας ἐφ' ὅπερ οὐ βούλονται συνελαύνοι, εἶτα κολά-
ζοι,

Digitized by Google

„ vitioſitate, velut a corporis morbo mordenti-
„ bus ſolemus ingratiſque medicamentis, agat ali-
„ quando felicius, & libertatem cum ſervitute com-
„ mutet: id quod mitior correctio, propter vitio-
„ ſiorem habitum, aſſequi non potuiſſet. Ut adeo
„ nihil obſit, quominus mali, utut inviti mali ſint,
„ puniantur: ſiquidem non augentur malis, ſed u-
„ tilitatem etiam capiunt ex ſupplicio. Hæc qui-
dem Diis conveniunt Plethonicis, ut in eos animadvertant, qui non ſponte, ſed neceſſitate quadam deliquerant, infeliciter quidem, ſed tamen vi ad ea quæ nolebant compulſi. Ut adeo eo ipſo, quod puniunt & malitiam conantur corrigere, ipſi fiant mali: dum ſcilicet injuſte puniunt eos, qui inviti peccaverant, & malitiam a malis, qui præter meritum ita dicuntur, in ſeſe transferunt. Nihil enim hoc eſt aliud, quam Deos, reducendo homines pœnis ad frugem, dum puniunt & ad frugem reducunt, malos fieri: quoniam eos, qui nihil tale promeriti ſunt, ſupplicio afficiunt. Nam ſi inviti delinquunt homines, aut erat hoc involuntarium malum tollendum, quod eos in vitia induxerat, ut vera demum dici poſſet correctio: aut non homines involuntario peccantes puniendi, ſed illud ipſum, quod eos peccare cogit. Hoc eſt, vel ipſi ſe, vel fatum debebant punire, aut & ſe & fatum: Per quod ſane delinquunt homines, & mali fiunt, ſiquidem mali non ex ſeſe aut volentes mali ſunt, ſed inviti & ex neceſſitate, & fato quaſi immutabili. Jam autem ſimiliter faciunt, ac ſi quis qui ſervos habet dominus, ipſe eoſdem ad aliquid vetitum legibus incitet & cogat, atque invitos ad id quod nolebant adigat, deinde vero rapiat ad pœnam, quod

ζει, κεκοινηκότας, ἃ κοινωσαι κατηνάγκασθησαν, δέον ἑαυτὸν [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ἐκόντι [illegible] ἀλλὰ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] γενομένους οὐ τὸ κακὸν, ὃς ἂν μᾶλλον ἄν τις δικαίως κολάσειεν, ἢ ἐλεήσειε, τῆς ἀκουσίου κακίας, καὶ προσαιρεῖ τινα [illegible] ἀνθρώπους [illegible] ἄλλως [illegible] [illegible] [illegible] βούλεται. ὃ καὶ πολλοὺς ἐπὶ [illegible] ἐστιν ὁρᾶν ποιοῦντας ἑκάστοτε δυοῖν κακοῖν, καὶ τὴν [illegible] ἀπαλλάττοντας, καὶ τοὺς δούλους, τοὺς μὲν δουλείας αἰσχρᾶς, καὶ ἀκουσίου κακίας, τὸ δὲ δεσπότην, [illegible] τε καὶ ὠμότητος. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] κολάζεται πράττοντά τι, καὶ [illegible], [illegible] [illegible] αὐτῷ. πῶς [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] ὡς ἢ ἑαυτὸν κολάσαι [illegible] [illegible] [illegible] πράττοντα, ἢ τὸν οἰκέτην ἐπ' αὐτῷ [illegible] [illegible] τὸν οἰκέτην, ἄκοντα καὶ [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] αὐτὸς ποιῆσαι καὶ ἐπέταξε καὶ [illegible] [illegible] τοσαύτην [illegible] μοχθηρίαν [illegible] [illegible] κολάζειν [illegible] πράττοντά τι τῶν κακῶν ἀκουσίως [illegible] [illegible] εἰ αὐτὸς ἐπιτάττων μὴ γίνεσθαι, ὃ δὴ [illegible] [illegible] γίνεσθαι. [illegible] δὲ τῷ [illegible] τι τῆς σοφίας [illegible] [illegible] θεὸς, τοσαύτης αὐτοῖς μεταδίδωσι μοχθηρίας [illegible] κολάζειν τοὺς ἐξαμαρτάνοντας ἄκοντας, ἵνα δὴ καὶ τῶν [illegible] ἀνθρώπων μηδὲν ἄμεινον ἔχοιεν, εἰ μὴ καὶ [illegible] [illegible] [illegible] ἀνθρώποις τοῦ κακύνεσθαι, ἢ ἀναι[illegible] [illegible] κολάζοντες [illegible], ἀλλ' ἀντὶ τούτου, τοὺς τῇ [illegible] [illegible] ἀνάγκῃ, [illegible] τοῦ δικαίου διαπέφευγε λόγου. [illegible] μὴ [illegible] ἐξαμαρτάνοντας κολάζοιεν, ἀλλὰ τὸ πα[illegible] [illegible] [illegible], πῶς οὐ καὶ πολλῷ χεῖρον ἕξουσιν [illegible] [illegible] γάρ ἐστι, τὸ μὴ ἄκοντά τι ποιεῖν, ἀλλ'

ea fecerint quæ facere coacti ſunt: Cum deberet vel ſe ipſum punire, quod ad res injuſtas ſuos compulerit ſervos, aut certe non ipſos, qui non ſponte, ſed vi & ineluctabili neceſſitate in mala delapſi ſunt. Quos quidem nos magis quis puniat, quam deploret, propter involuntaria delicta: Imo daret quodammodo operam, ut homines frugi cæteroquin per ſe, e prava iſta ſervitute eriperet. Atque hoc fieri quoque videmus a multis, ut a gemino malo & dominum liberent & ſervos: Hos quidem a turpi ſervitute, & involuntariis vitiis, dominum autem a feritate & ſævitia. Quanquam nemo eſt hominum adeo perdita malitia, ut ſervum propterea puniat, quod aliquid mali, quamvis ſummum, ſeſe jubente fecerit. Hoc enim novit peſſimus quiſque, quod vel ſe debeat punire, qui iniqua præceperit, ſervumque ad ea coegerit: aut nec ſervum punire, qui invitus & ſecundum mandata fecit, quæ ipſe, ut faceret, dominus juſſerat coegeratque. Nemo certe eouſque improbitatis proceſſit, ut quenquam qui invitus mala patraverat puniret, præſertim ſi ipſe præceperit hæc ipſa, quæ præcipere erat nefas. Pletho autem abundanti ſua ſapientia, eos quos prædicat Deos, inſtruit tanta improbitate, ut invite etiam peccantes, puniant. Quo hominibus improbiſſimis, ſi non pejores, nihil certe meliores ſint, qui non id ſuſtulerint, aut juſte punierint, quod hominibus improbe agendi cauſa erat, ſed hujus loco homines, qui horum omnium auctori obediunt neceſſitati, id quod ab omni juſti ratione eſt alienum. Si vero non animadvertant in peccantes, ſed in eos qui nihil prorſus patravere injuſti, quidni vel pejores multo ſint? Peccare enim eſt, non in-

ἑκόντα κακὸν γίνεσθαι· ὡς γοῦν ἐπὶ τοῦ νῦν ὁρίσασθαι χρείας, εἰ δέ τι [illegible] ἔπειτα τοῦ ἁμαρτάνειν· εἰ μὴ [illegible] [illegible] ἰατρὸς [illegible] ἀναγκάζεται [illegible] ποιεῖ, τῆς ἑαυτοῦ, ἐν ᾧ ἔμελλεν ἄκων ἀναγκάζεσθαι, πράττειν ἀξια καὶ βούλεται, τὸ γοῦν τοὺς μὴ ἑκόντας κακοὺς γινομένους κολάζειν [illegible] ἁμαρτάνοντας, εἴγε μὴ ἁμάρτημα [illegible] ἀλλ' ὡς [illegible] τήματα ἐστὶν ἐπανορθοῦσθαι, οὐδὲ τοῦτο τῆς κολάσεως τέλος ποιεῖσθαι, ἀλλ' ἁμάρτημα μέγιστον ἐξαμαρτάνειν, τοὺς μὴ ἁμαρτάνοντας κολάζοντας, ἢ αὐτὸ [illegible] τοῦτο τέλος ποιουμένους, καὶ ἐπ' αὐτοῦ καταστρέφοντας, τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντας κολάζειν. καὶ τοῦτο καὶ φησιν ὁ τοῦ δικαίου διασώσεται λόγου; ἢ πῶς οὐ παραβαίη δή τις, τε[illegible] ἀνάγκης τοῦτο τὸ κακὸν ποιεῖν καθιστῶντες αὐτοί, εἶτ' ἐργαζομένους, ὃ ποιεῖν ἠναγκάσθησαν, κολάζοντες; καίτοι, εἰ καὶ μὴ αὐτοὶ ἦσαν, οἱ τὴν ἀνάγκην ἐπάγοντες, ἀλλ' ἕτερόν τι, αὐτοὶ δὲ δικαστῶν ἐπέχοντες τάξιν, τὰ ἡμαρτημένα ἐπανορθοῦν ἐπειρῶντο· οὐδ' οὕτως ἂν ἦσαν δίκαιοι, ἀντὶ τοῦ ἀναγκάζοντος, τοὺς ἀναγκαζομένους κολάζοντες. ἄλλους γὰρ ἂν ἦν κολάζειν ἁμαρτάνοντος ἄλλου· ὅπερ οὐχ ὅτι οὐκ ἐπανορθοῖ τὰ ἡμαρτημένα, ἀλλὰ καὶ προσεπιτίθησι τοῖς ἡμαρτημένοις, εἴγε δεῖ καὶ ἡμαρτημένα τὰ μὴ ἑκούσια λέγειν, τὸ τῶν κολαζόντων ἁμάρτημα καὶ τὴν ἀκούσιον ταύτην κόλασιν τῶν κολαζομένων, ὡς τὴν ἀκούσιον ἐκείνην βίαν, τοῦτο ποιεῖν ἃ ποιοῦντες, κακῶν ἐσχήκασι δόξαν. καὶ πῶς τοῦτο πρὸς δικαστοῦ, καὶ μικρὸν γοῦν σωφρονοῦντος, ἢ ποιοῦντός τι μέτριον ὅλως; εἰ δὲ μηδ' ἄλλο τι εἴη ἐπὶ τὰ κακὰ ἐξορμοῦν, αὐτοὶ δὲ καθ' εἱμαρμένην εἶεν, οἱ τὴν ἀνάγκην ἐπάγοντες,

Digitized by Google

invitum aliquid facere, ſed ſponte malum fieri, ut quantum ad præſens inſtitutum ſatis eſt, rem definiamus. Si quis vero quid facit invitus, id quidem non amplius eſt peccare; niſi ſi potuiſſet ſe ſtatui coacto ſubtrahere, id non faciat, ſed perſtet potius in eo loco, in quo invitus debeat cogi, ad facienda ea quæ nollet. Quare qui eos puniunt, qui inviti evaſere mali, hoc eſt, qui non peccarunt, ſiquidem invitum nihil peccatum eſt, ſed caſus potius adverſus, ut ita loquar: Ii quidem non corrigunt delicta, neque eum ſibi pœnarum finem conſtituunt, ſed graviſſimum admittunt facinus, dum eos qui nihil peccant, plectunt, & hunc ſibi præfigunt ſcopum, eoque convertunt animum, ut in nihil delinquentes animadvertant. Quomodo ergo juſtitiæ ita ſervabitur ratio: Aut quidni hi ipſi violarent leges, qui homines ad male agendi neceſſitatem redegerunt, & deinde facientes id, quod facere coacti ſunt, pœnis afficiunt? Quanquam, ſi ipſi etiam neceſſitatem hanc non impoſuiſſent, ſed aliud quiddam, ipſi vero judicum munere functi, corrigere delicta conati eſſent: ne ſic quidem juſti forent, ſi loco cogentis punirent coactos. Alioquin enim alium liceret punire, delinquente alio: quod non ſolum non corrigit delicta, ſed & addit delictis, ſi modo ita nominare fas eſt invita, punientium delictum: & invitas haſce pœnas punitorum, ſimiles reddit iſti vi, quæ homines ad ea facienda cogebat, quæ cum facerent, improborum præ ſe ferebant ſpeciem. Quod quomodo conveniat, judici vel paululum continenti, aut quicquam facienti quod æquum ſit? Si vero aliud nihil impellat ad mala, ipſi vero hi qui neceſſitatem inducunt, fato ſint,

&

ἢ αὖ καθ᾽ εἱμαρμένην κολάζοντες, οὐκ ὀρθῶς [illegible] τῇ [illegible]
[illegible], ὥστε τὸ ὕστερον μὴ καθ᾽ εἱμαρμένην εἶναι, εἴγε μηδὲν
ὅλως τῶν ὄντων τε καὶ γινομένων αὐτὴν διαπέφευγε. τοῦτο
δὴ πᾶς ὑγιαίνοντος ὅλως, ἀλλ᾽ οὐ παντὸς [illegible]
ἀγνωμονέστερον, καλῶς οὖν λεγόμενον, [illegible] γε-
[illegible] Πλήθωνος τὰ λεγόμενα, ἀντὶ ἀγαθῶν,
[illegible] μεταλαμβάνουσι κακῶν. εἰ δὲ λέγοι, μηδὲν εἶναι
τὸ κωλῦον, καὶ ἄκοντας εἶναι τοὺς κακοὺς κακούς, καὶ κολά-
ζεσθαι ὅμως, [illegible] μὲν κἂν [illegible]μένους, ἀλλ᾽ ἐ-
πανορθουμένους τῷ κολάζεσθαι· ἀνόητος ἔσται φθεγγόμενος,
ἕως ἂν ἄκοντες μὲν ἐξαμαρτάνοντες. πρῶτον μὲν γὰρ εἰ
καὶ μηδὲν τῶν κακῶν ἕτερον πείσονται, αὐτό γε τοῦτο κακὸν
αὐτοῖς, τὸ μὴ ἁμαρτάνοντας κολάζεσθαι· καὶ ταῦτά γε ὑφ᾽
ὧν, εἰ καί τις ἕτερος ἦν ὁ μὴ ἀδικοῦντας κολάζειν, ἐχρῆν
δικαίως τῆς ἀδίκου κολάσεως ἀπαλλάττεσθαι, καὶ τιμῶν τῶν
[illegible] εἰκότως· ἀλλὰ ταῦτα [illegible]· τὸ οὖν
οὕτω κολάζεσθαι κακόν, ὡς καὶ τὸ ἀναγκαζομένους ἁμαρτά-
νειν κακόν. εἰ γὰρ ἑκάτερον ἀκούσιον, ὡς μετὰ κακίας γινό-
μενον, πῶς οὐ κακόν; ἔπειτα ἢ ἑκόντας ἁμαρτάνοντας
κολαστέον, καὶ ἔσται τι μὴ καθ᾽ εἱμαρμένην, αὐτὸ τὸ ἑκού-
σιον, ὃ καὶ καθόλου εἱμαρμένην ἀναιρεῖ, ὡς πολλάκις πρό-
τερον εἴρηται· ἢ οὐδένα κολαστέον τινά· ἢ οὐκ ἀγαθοὶ οἱ
κολάζοντες, τὸ γὰρ ἀκούσιον, μέτειρον τι ποιεῖν [illegible]
οὐ μᾶλλον κολάζεται, ἢ συγγινώσκεται. ἑκατέρωθεν δὲ
διαπίπτει Πλήθωνι, τὸ ἀκώλυτόν τε καὶ εὔλογον τῆς ἀπ-
ὸ τῆς κακίας κολάσεως. εἰ δὲ μὴ παρὰ τὴν εἱμαρμένην,
μηδὲ παρὰ θεούς, τούς τε ἄλλους, καὶ αὐτὸν Δία, φαίη τὸ
ἀκούσιον εἶναι, ἀλλὰ παρὰ τὴν φύσιν, καθ᾽ ἣν ἐκ θείας ὑ-
ἐπι-

& ſecundum fatum puniant, ſiquidem fieri aliter non poteſt, quin & priora & poſteriora ſint ſecundum fatum, quoniam nihil extra illud eſt omnium quæ ſunt aut fiunt! Quomodo hæc ſint omnino ſani hominis, & non quovis Eurybato potius improbiora? Recte igitur diximus, convenire hæc quæ allata ſunt, Theoplaſtiæ Plethonis, quæ bonorum loco, turbam recipit malorum. Quodſi dixerit, nihil obſtare, quominus mali ſint inviti mali, & puniantur nihilominus, quod malo nullo augeantur, ſed juventur pœnis; inepta proferet, quamdiu illi invite peccare ſtatuantur. Nam primo, etiamſi aliud nihil patiantur mali, hoc ipſum ſatis mali eſt, quod nihil delinquentes puniantur: & id quidem ab iis, a quibus, ſi vel alius quis non peccantes ſit puniturus, debebant merito ab injuſto ſupplicio liberari, & vel præmio quodam propterea inſuper affici. Malum itaque eſt, quod hoc modo puniantur, quemadmodum & quod coacti peccent, malum. Nam ſi utrumque ita eſt invitum, ut ſi eſſet cum malitia patratum, quidni malum ſit? Deinde aut voluntario peccantes ſunt puniendi, eritque adeo aliquid, quod non ſecundum fatum ſit, nimirum ipſa actio voluntaria, quæ fatum prorſus tollit, ut antea dictum eſt non uno in loco: Aut nemo puniendus: Aut qui puniunt, juſti non ſunt. Nam quod invitum eſt, ab iis qui æquitati ſtudent, non tam punitur quam ignoſcitur. Utroque autem modo refellitur, & pugnat cum ratione, pœna delicti involuntari. Si vero neque à fato, neque a Diis, cum aliis, tum ipſo Jove, proficiſci actus invitos dixerit, ſed a natura, ſecundum quam ex divina & caduca naturis homo ſit conflatus; ac

Digitized by Google

ἐπικήρου φύσεως γεγονότα τὸν ἄνθρωπον σύνθετον, τῇ ἐφ᾽ ἑκάτερα ῥοπῇ, μὴ οἷόν τε εἶναι μὴ διαμαρτάνειν· τότε μὲν κατὰ τὸ θεῖον τὸ ἐν αὐτῷ, ἐπὶ τὴν τοῦ συγγενοῦς ἀφομοίωσιν ἀναγόμενον, τότε δ᾽ αὖ ὑπὸ τοῦ θνητοῦ κατασπώμενον, ὃ τὸ διαμαρτάνειν ἐστίν. εἰ ταῦτα λέγοι, ἄξιον αὐτὸν ἐρέσθαι· πότερον ἐστί τι, τὸ ἐπιστατοῦν ἀμφοῖν, καὶ δικαστοῦ τάξιν ἐπέχον, ὃ ἐπὶ θάτερον ἢ θάτερον ἄγει, κρίσει ἢ διεψευσμένῃ καὶ ἠπατημένῃ, ἢ ἀληθεῖ· ἢ οὐκ ἔστιν; εἰ μὲν οὐκ ἔστιν οὐδέν, καὶ δὴ οὔτε εἱμαρμένη ἐστί· καὶ παραπλησίως ἔχει τοῖς ἀλόγοις ὁ ἄνθρωπος, ἀλόγως οὕτω, καὶ κατὰ φυσικήν τινα μόνον ὁρμήν, ἐφ᾽ ἅπερ ἔτυχε, φερόμενος. καὶ τί λοιπὸν ἔδει κολάζειν, ἃ ἂν πράττοι, μὴ μετὰ λογισμοῦ τινος εἰδότα, εἴτε δὴ καλῶς ἔχει, εἴθ᾽ ὡς ἑτέρως; εἰ δ᾽ ἐστί τι τὸ ἐπιστατοῦν, καθ᾽ ὃ κρίνειν καὶ αἱρεῖσθαι δυνάμενον, ἐπὶ θάτερον ἢ θάτερον γίνεται· τοῦτο τὸ κρῖνον, καθ᾽ ἑαυτὸ κρίνει, ἢ δι᾽ ἕτερον. ἀλλ᾽ εἰ μὲν καθ᾽ ἑαυτό· οὐκ ἔτι οὔτε τὸ καλὸν οὔτε τὸ κακὸν ἀκούσιον, ὅπερ καὶ ἀληθέστατον· οὐδὲ δι᾽ ἕτερον, ἀλλὰ διὰ τὸ κρῖνον αὐτὸ καὶ αἱρούμενον. εἰ καὶ διαμαρτάνει ἔσθ᾽ ὅτε, παρὰ τὴν κρίσιν καὶ αἵρεσιν, ἑκουσίως, ὡς οὐκ ἔδει, μὴ διατηροῦν τὸ ἀξίωμα, ὃ θεόθεν ἔχειν ἐπιτέτραπται. καθ᾽ ἃ συγκεκλήρωται, καὶ δὴ μὴ εἶναι δείκνυται εἱμαρμένη. παρὰ γὰρ τὸ κρῖνον καὶ αἱρούμενον, ὃ τὸ λογιζόμενον πᾶς ἂν εἴποι δήπου· τότε μὲν ἀξίως ἑαυτοῦ κρῖνόν τε καὶ αἱρούμενον, τότε δὲ ἀναξίως ἑαυτοῦ, τοῦ οἰκείου ὑποκατακλινόμενον ἀξιώματος, καὶ ταῖς ἀλόγοις δυνάμεσιν, αἷς ἀρρήτως συνέζευκται, συγκατασπώμενον καὶ συγκαθελκόμενον. εἰ δὲ δι᾽ ἕτερον, τοῦτο τί ἂν εἴη; ἢ δηλαδή, φαίη ἂν Πλήθων, τὴν

φύσιν,

ac proinde, propter propenſionem in utramque partem, non poſſit non peccare, ubi interdum quidem, ſecundum divinam ſui partem, ad cognatæ naturæ imitationem excitetur, mox vero a parte mortali abripiatur, hoc eſt peccet. Si inquam hæc dicat, operæ pretium erit ex eo require: num ſit aliquid, quod ambobus præſit, & judicis obeat officium, quod ad alterutram partem impellat, judicio vel falſo atque decepto, vel vero: an nihil ſit? Si nihil ſit, ne fatum quidem eſt, ſimilisque eſt hominum conditio, atque brutorum, qui ita abſque ratione, & naturali tantum impetu, quorſum contigerit ferantur. Quidque adeo opus erat, punire eum, qui eorum quæ facit, non ſibi eſt cum ratione conſcius, num bona ſint an minus? Si vero aliquid præeſt hiſce in homine naturis, quod cum judicare poſſit ac eligere, in alterutram partem impellat: id quidem vel per ſe judicat, vel per alium. Si per ſe, non amplius vel bonum vel malum erit invitum, id quod etiam veriſſimum; nec per aliud quiddam fiet, ſed per illud ipſum quod judicat & eligit. Quanquam errat interdum in judicando ac eligendo, ſponte, præter quam fieri debebat, ſuam negligens auctoritatem, quæ divinitus ipſi commiſſa eſt. Cum quibus conjunctum eſt, uti quoque jam oſtenſum, non eſſe fatum. Sequitur enim hoc ex illo, quod judicat & eligit, quam certe mentem quivis dixerit: Quæ mox ſuæ dignitati convenienter judicat & eligit, mox modo ſeſe indigno, declinat a propria majeſtate, & brutis facultatibus, quibus abſtruſa ratione juncta eſt, detrahitur & abripitur. Si vero per aliud judicare ponitur & eligere, quidnam quæſo hoc ſit? Certe vel naturam Pletho di-

Digitized by Google

φύσιν, ἢ Θεὸν, ἢ ϗ φύσιν ϗ Θεόν· ἑκάτερον δὲ, ἢ ϗ ἄμφω, καθ' εἱμαρμένην. οὐ γὰρ οὐδὲν εἱμαρμένης εἶναι χωρίς. ϗ δὴ πῶς τῶν ἁμαρτανόντων ἡ κόλασις, ἵνα μὴ πολλάκις τὰ αὐτὰ λέγω, μετρία, ἢ δικαία ϗ εὔλογος, δι' ἄλλο μὲν ἁμαρτανόντων, αὐτῶν δὲ κολαζομένων οὕτω παραλόγως, ὡς εἰ καθ' ἑαυτοὺς ἁμαρτάνοντες ἦσαν; τὸ δὲ τῶν ἁμαρτανόντων ἀδύνατον, Πλήθωνι μὲν ἂν ἴσως, κἂν εἰς παραίτησιν συνενέγκαι· κακίσῳ μὲν γεγενημένῳ τῶν πώποτε, εἰς ἀπολογίαν δὲ καταφεύγοντι ταύτην, τὸ μὴ δυνατὸν εἶναι, μὴ ἁμαρτεῖν αὐτὸν, τοιοῦτόν τινα γεγονότα, ἔκ τε Θείας ϗ ἐπικήρου σύνθετον φύσεως, ϗ διὰ τοῦτο ἀνάγκῃ τε ϗ ἄκοντα, ἀλλ' οὐχὶ καθ' ἑαυτὸν γεγενημένον κακόν. μὴ γὰρ οἷόν τε ἂν εἶναι, μὴ κακὸν γεγονέναι, κἂν εἰ ὅτι μάλιστα ἐβούλετο μὴ κακὸς εἶναι· τοῦτο τῆς ἀνάγκης, ᾗ συνδέδεται, κατεπειγούσης αὐτόν. ἐλέγχεται δὲ ὅμως ϗ τοῦτο, τῷ πολλῷ πλείους εἶναι, τοὺς ἐν τῇ τοῦ ἀγαθοῦ ϗ ἀναμαρτήτου μοίρᾳ διατετηρηκότας ἑαυτούς· ἢ εἰ ϗ ἡμαρτήκασιν ἀμηγέπη, αὐτοὺς ἑαυτοῖς τοὺς πολλοὺς μεμηχανῆσθαι τὴν ἐπανόρθωσιν, τὴν αὐτῶν αὐτοὺς κακίαν εὐθύνοντας, ϗ τῇ ἑκουσίῳ ἑαυτοὺς κολάσει τε ϗ ἐπανορθώσει καθυποβάλλοντας. ὃς δὴ τρόπος ἐπανορθώσεως κάλλισός τε, ϗ σὺν τῷ ἀγαθῷ γινόμενος, ϗ ἀγαθῶν αἴτιος τῷ ἐπανορθουμένῳ μεγάλων. οὓς δὲ ἄλλους ἄλλοι τρόπους ἐπανορθώσεως ἄκουσιν ἐπινοοῦσι τοῖς ἑκάσοτε πλημμελοῦσιν, εἰ ἐπ' αὐτοῖς γένοιντο, καλοὶ μὲν κἀκεῖνοι, τὴν κακίαν περιαιροῦντες τε ϗ ἐκτέμνοντες· οὔπω δὲ οὕτως ὡς ὁ προειρημένος καλοὶ, παρόσον ἀνάγκῃ τινὶ, ϗ οὐχ ἑκουσίως τοῖς πλημμελοῦσιν ἐπάγονται. εἰ καί τινες ϗ αὐτοὺς ἀκουσίως οὕτως ἐπενεχθέντας, ἐπείπερ εἰς τοῦτο κατέστησαν ἀνάγκης, ἑκουσίως, καί τινα τρόπον, οὐ πάνυ χαλεπαίνοντες, ὑπομένουσιν· τῆς ἐντεῦθεν σφίσιν ἐγγινομένης ὠφε-

λειας

cet, vel Deum, vel naturam juxta & Deum: alterutrum vero, vel ambo etiam fato eſſe; ſiquidem nihil abſque fato ſit. At enim, quomodo pœna delinquentium, ne eadem plus millies dicam, æqua ſit, aut juſta, & rationi conveniens: cum ſane per aliud quidem delinquerent, ipſi vero punirentur ita præter rationem, ac ſi per ſe deliquiſſent? Sed hæc quidem impotentia peccantium, Plethoni forte præbuerit excuſationem: qui omnium quidem qui fuere unquam peſſimus evaſit, ſed ad hanc confugiet defenſionem, fieri aliter non potuiſſe, quin peccaret, qui ſit ex divina & caduca naturis conflatus, atque propterea neceſſario & invitus, non vero ex ſeſe improbus factus. Vitare enim non potuiſſe, quin malus fieret, etiamſi id fieri noluerit: ſiquidem illa, qua conſtrictus ſit, neceſſitas urſerit. Verum & hoc refellitur, quod plures longe ſunt, qui integri vitæ permanſerunt, ſceleriſque puri: aut quorum plurimi, ſi lapſi quodammodo ſunt, ſeſe correxerunt ipſi, propriam damnando malitiam, & voluntariam ſubeundo pœnam atque correctionem. Qui ſane optimus eſt emendandi vitia modus, & cum bono conſpirans, & corrigenti ſeſe cauſa magnorum bonorum. Quos vero alios alii modos excogitarunt corrigendi peccantes invitos, ſi in ipſorum eſſent poteſtate, ii quidem boni etiam ſunt, ſi malitiam tollant & excidant; neque tamen cum modo jam laudato comparandi, quoniam cum vi quadam, neque conſentientibus adhibentur peccantibus. Quanquam illos nonnulli, præter voluntatem licet impoſitos, ubi ad id neceſſitatis redacti ſunt, quodammodo voluntarie neque prorſus iniquo animo ſuſtinent, dum

λειαν ἀναλογιζόμενοι, περιαιρουμένης μὲν τῆς κακίας αὐτοῖς, ἀντὶ δὲ κακῶν ἀγαθῶν μεταλαμβάνουσι μειζόνων, καὶ τῷ μὲν μιασμῷ τῆς κακίας ἀποτριβομένου, ὡς δή τινι καθαρτηρίῳ ὕδατι καὶ ῥυπτικῷ ἐπιχειρήματι, τῇ ἐκ τῶν κολάσεων ἐπακολουθούσῃ πικρίᾳ· καθαρότητος δὲ λοιπὸν ἀντεισαγομένης, ἐπείπερ τὸ ῥυπαῖνον ἀνῄρηται, ὃ πρὶν τῇ καθαρότητί τε καὶ λαμπρότητι ἐλυμαίνετο. Πλήθωνι δὲ ἴσως τὸ βουλόμενον, οὐδὲ κόλασιν οὐδεμίαν οὐδαμόθεν ἄλλοθεν οὐδενὶ εἶναι, ἀλλ᾽ ἢ παντὶ πᾶσαν θεόθεν, εἰς ἐπανόρθωσιν τῶν ἡμαρτημένων. μήτε δὲ βασιλέα, μήτε τύραννον μήτε δικαστὴν, μήτε μηδένα ἄλλον τῶν ἁπάντων, μηδένα καὶ ὀντινοῦν τῶν ἁπάντων κολάζειν· ἀλλὰ θεὸν εἶναι, τοὺς τῶν ἑκάστων ἀκούσιον κακίαν ἀκουσίως κολάζοντας, ἵνα δὴ μηδαμόθεν ἀπῇ τὸ ἀκούσιον καὶ κατηναγκασμένον, καὶ ὡς οὕτως εἰπεῖν, πεπρωμένον καὶ ἄφυκτον. ὃ εἰ καί τι ἄλλο ἐνθεωρούμενον ἔχει, τὰ νῦν εἶναι, παρείημι πολυπραγμονεῖν· ὁρῶν εἰς πολὺ τὸν λόγον ἐκτεινόμενον μῆκος, καὶ περαιτέρω μὴ βουλόμενος μηκύνειν αὐτόν, τοσοῦτον ἐρῶ μόνον, ὡς καὶ βασιλεῖς, καὶ δυνάσται, καὶ τύραννοι, καὶ δικασταὶ, καὶ παιδοτρίβαι, καὶ παιδευταὶ, κολάσεσιν ἐπανορθοῦνται τὰ παρ᾽ ἑκάστοις ἁμαρτανόμενα. καὶ ταῦτα διαφόρως, παρά τε τοὺς ἑκασταχῇ νόμους, καὶ τὴν θέλησιν τῶν ἐπανορθούντων, καὶ τὴν ποιότητα τῶν ἁμαρτανόντων. οὔτ᾽ ἂν εὐλόγως οὐδένα κολάζοντες, οὔτε τοὺς τὰ αὐτὰ πλημμελοῦντας διαφόρως, εἰ ἀνάγκῃ τινὶ, καὶ ἀφύκτῳ βίᾳ, σὺν τῷ κακῷ οἱ πλημμελοῦντες ἐγίνοντο, καὶ οἱ ἐπανορθοῦντες ἐν τῷ ἐπανορθοῦν. καὶ θεὸς δὲ, (ἃ γὰρ τέως ἀπέφευγον, εἰς τοῦτο αὐτομάτως ὑπὸ τῆς ἀκολουθίας τοῦ λόγου, τρόπον περιηνέχθην τινὰ,) προσκαίρως τε καὶ αἰωνίως κολάζει. προσκαίρως μὲν, ἐπανορθῶν ὡς τὰ πολλὰ τὰ ἡμαρτημένα, καὶ τὴν κακίαν ἔστιν οὗ πρόρριζον ἐκ μέσου ποιῶν. πῇ μὲν τοὺς πλημμελοῦντας διὰ μετανοίας καὶ

καὶ

Digitized by Google

utilitatem reputant, quæ inde ad ipſos redundat. Quod ſcilicet detracta ipſis vitioſitate, ex malis boni fiant, quodque per eam quæ poenas ſequitur ægritudinem, eluantur malitiæ ſordes, velut aqua quadam luſtrali, & unguento abſtergente; mundities vero inducatur rurſus, poſtquam ſublata eſt illuvies, quæ antea munditiei oberat & nitori. Plethoni forte hæc eſt ſententia, nemini unquam poenas aliunde quam divinitus infligi, ad correctionem delictorum. Quare nec Regem, nec Principem, nec judicem, nec alium quemcunque, punire quenquam inter omnes, ſed Deos ſingulorum invitam malitiam invite plectere, ut a nulla tandem re abſit invitum atque coactum, fatoque definitum & ineluctabile. In quo quidem num inſit aliud abſurdum, nolo in præſenti ſcrutari curioſius, ubi video, longius extractam eſſe orationem, neque eam producere ultra eſt animus. Tantum dicam, quod & Reges, & Dynaſtæ, & Principes, & judices, & pædotribæ & magiſtri, ſingulorum ſoleant delicta corrigere, ſed eadem diverſe, pro cujuſque loci legibus, & caſtigantium arbitrio, aut qualitate denique peccantium. Qui ſane vel neminem punirent cum ratione, vel ejuſdem delicti reos non modo diverſo, ſi neceſſitate quadam & vi ineluctabili & delinquentes incidiſſent in vitia, & corrigentes correxiſſent. Enimvero Deus, (nam quod antea ſum conatus effugere, in hoc ipſum ultro conſecutione quodammodo deferor orationis,) & ad tempus punit, & in æternum. Ad tempus quidem, corrigens utplurimum delicta, & malitiam quandoque radicitus tollens e medio: dum peccantes nunc poenitentia & ægritudine ex poenis, ad ſe

con-

καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ κολάζειν πικρίας, εἰς ἑαυτὸν ἐπιστρέφων καὶ ἀνακτώμενος, ἀποπλανηθέντας αὐτοῦ· πῆ δὲ καὶ ἐπὶ σωφρονισμῷ τῶν ἄλλων, τοῦ μὴ τοῖς αὐτοῖς περιπεσεῖν, ὡς τῶν αὐτῶν καὶ αὐτοὺς δεηθῆναι· πῆ δὲ καὶ δι' ἄμφω ὁμοῦ, αὐτῶν τε τῶν κολαζομένων, καὶ ἑτέρων πη αὐτῶν μετριωτέρων γινομένων κολάσει. ἔστι ὅτε δὲ καὶ ἀνιάτως ἐνίους ἔχοντας, καὶ ὡς σεσηπότα περιτέμνων μέλη, καὶ ἀναιρῶν· ἵνα μὴ τὸ σηπεδόνος, τῷ συνεθισμῷ τε καὶ τῇ ἐγγύτητι, καὶ τοῖς ὑγιαίνουσι μεταδοῖεν. ἐπείπερ ὡς ὁ ἀπόστολός φησι, φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ, ὁμιλίαι κακαί. προσκαίρως μὲν οὖν οὕτω, καὶ διὰ ταῦτα, κολάζει θεός· αἰωνίως δὲ, οὐκέτι ἐπανορθῶν. μετὰ γὰρ τὸ ἀποθανεῖν, οὐκέτι οἷόν τε ἐπανορθωθῆναι οὐδένα. τῶν γὰρ ἀγώνων καὶ τῆς ἐπανορθώσεως ὁ παρὼν καιρός τε καὶ βίος, ὁ δὲ μέλλων, ἀνταποδόσεως. οὐκέτι οὖν ἐπανορθῶν αἰωνίως κολάζει· τὴν δὲ πρέπουσαν ἀπαιτῶν δίκην, παρὰ τῶν ἑκόντων ἀνεπανορθώτων μεμενηκότων. ἣν καὶ Πλήθων ἀποτίσει, κάκιστος ἑκὼν γεγενημένος τῶν πώποτε· ἵνα ὃν εὐεργετοῦντα ποικίλως οὐκ ἐπέγνω, τοῦτον ἐπιγνῷ, τὴν πρέπουσαν ἀπαιτοῦντα δίκην αὐτόν. εἰς ἣν αὐτὸς ἑαυτὸν ἐκ μακροῦ παρεσκεύασεν, ἀμεταμελήτως ἔχων, καὶ πάνυ τοι ἀσεβῶς. τοῦ θεοῦ μὲν τῶν ὅλων ἀποστὰς, ἑτέρους δὲ μὴ ὄντας ἀντεισάγων, καὶ προσανέχων αὐτοῖς. τὴν τῶν ἁπάντων τε πρόνοιαν αὐτοῖς ἐπιτρέπων, μὴ κακῶν τε αἰτίους ἀποφαινόμενος εἶναι, καὶ εἱμαρμένῃ ἀπαρατρέπτῳ, τὸ βέλτιστον ἑκάστοις ἀπονέμειν διοριζόμενος. ἃ δὴ πάντα ἐπιλέγων ἀπαριθμεῖται· ὡς κἀντεῦθεν ἡμῖν γίνεσθαι δῆλον, καὶ ἕτερα αὐτῷ πεπραγματεῦσθαι, ἠσεβῆσθαι δὲ μᾶλλον εἰπεῖν οἰκειότερον, βιβλία, πάντα πάσης ἀσεβείας ἀνάμεστα. εἰ καὶ μήπω τῶν ἄλλων οὐδὲν οὐδὲ ὦπται ἡμῖν, μηδὲ ὀφθείη, πυρὶ πάντων ζήλῳ εὐσεβείας παραδοθέντων

ὑπὸ

convertit, & abs ſe aberrantes recuperat: mox caſtigatione aliorum, ne ſcilicet in eadem incidant; cum eorundem & ipſi indigeant: Nunc utroque modo ſimul, ut & ii qui puniuntur, & alii horum caſtigatione fiant meliores: Nunc etiam eos qui ſunt inſanabiles, tanquam putrida membra reſecat & tollit, ne ulcerosam putredinem, conſuetudine & propinquitate ſua, ſinceris etiam affricent. Bonos enim mores, ut inquit Apoſtolus, pravæ conſuetudines corrumpunt. Ita igitur, & ob has rationes, ad tempus punit Deus, ſed in æternum, non ut corrigat amplius. Nam poſt obitum corrigi amplius poteſt nemo, ſiquidem præſens tempus & vita certaminibus & correctioni deſtinata, futura vero præmiis & pœnis. Non igitur punit in æternum, ut corrigat, ſed ut juſtas repetat pœnas ab iis, qui data opera noluere corrigi. Quas quidem & Plethо perſolvet, qui volens evaſit peſſimus omnium qui fuere unquam, ut quem varie benefacientem non agnovit, eundem dignas ab ipſo repoſcentem poenas agnoſcat. His enim dudum ſe reddidit dignum, dum abſque reſipiſcentia in pertinaci perſiſtit impietate, & deſerto omnium rerum opifice Deo, alios ipſius loco, qui non ſunt inducit, iiſque confidit: omnium vero rerum ipſis committit providentiam, concluditque, non eſſe quidem eos malorum auctores, ſed fato immutabili, quod optimum ſit tribuere ſingulis. Quæ omnia poſtremo loco breviter annumerat, ut inde quoque nobis ſit perſpicuum, eundem alios etiam conſcripſiſſe, vel impie potius conſarcinaſſe libros, ſumma omnes impietate refertos. Quanquam nondum ceterorum quicquam vel contigit videre, vel contingere opto, ſed o-

Digitized by Google

ὑπὸ παντὸς, ἵνα μὴ καὶ εἰς ἕτερον ἀγῶνα λόγων ἀναγκασθείημεν καταστῆναι. μόνῳ δὲ τῷ περὶ εἱμαρμένης ἐνετύχομεν, καὶ ὡς παρασκευῆς εἴχομεν, ἀπηντήσαμεν περὶ αὐτὸ, τὴν ἐνοῦσαν αὐτῷ ἀβελτηρίαν τε καὶ ἀσέβειαν ἐξελέγχοντες. δεικνύντες, εἰ μέλλοι δυσχεραίνειν Πλήθων ἐξελεγχόμενος, εἱμαρμένην μὴ εἶναι. οὐδὲν δ' ἧττον, τῷ αὐτῷ τρόπῳ καὶ κατ' αὐτὴν, ἀδολεσχεῖν τε αὐτὸν, καὶ μηδὲν ἀναγκαῖον εἰσάγειν· οὕτω σοφιζόμενον ἀπαρακαλύπτως, ὡς ἀντὶ τῶν μελλόντων τὰ γινόμενα παρεγχειρίζεσθαι, κἀντεῦθεν τὸ πάντων τῶν μελλόντων ὡρισμένον συνεπάγειν πειρᾶσθαι. καίτοι διενηνοχότων ἀλλήλοις, καὶ μὴ τὸν αὐτὸν ἐπιδεχομένων λόγον, τοῦ τε μέλλειν καὶ γίνεσθαι. καὶ ταῦτα, εἰ καὶ ταυτόν γε ἦν, μὴ ἀναγκαίως ἐντεῦθεν τῆς εἱμαρμένης εἰσαγομένης, μηδὲ τῶν πάντων δεικνυμένης αἰτίας. ἀπὸ πάθους δή τινος τοῦ κατ' αὐτὴν ὀνόματος παρειλημμένου, μὴ μέντοι τόδε τι οὔσης, ὡς καὶ αἴτιόν τινος αὐτὴν ἐντεῦθεν δείκνυσθαι εἶναι. τοῦ τῆς αἰτίας λόγου, κατ' οὐδὲν τῶν τοῦ αἰτίου σημαινομένων, δεδειγμένων προσήκειν αὐτῇ· τῶν τε ἄλλων καὶ τῶν παθητικῶν λεγομένων ποιοτήτων, τῆς τε δυνάμεως καὶ ἐνεργείας, καὶ εἴ τι ἄλλο ὁπωσοῦν, τὸν τῆς αἰτίας λόγον οἷόν τε ἐπιδέχεσθαι. τῷ Διΐ τε τὴν ἀνάγκην καὶ εἱμαρμένην Πλήθωνος συγκληροῦντος καὶ ἀπονέμοντος τὸ μάταιον τῆς τοῦ Διὸς ἐξηλέγχομεν ἐπικλήσεως καὶ θεοπλασίας, παθῶν αὐτὸν χαλεπωτάτων τοὺς τοὺς λέγοντας, δημιουργὸν ἀποφαίνοντες· καὶ τὸ τῆς εἱμαρμένης ἀσύστατον δεικνύντες, τῷ τὰ ὄντα εἱμάρθαι λέγεσθαι τῷ Διΐ, ὡς δυνατὸν αὐτοῖς τεταγμένα τε καὶ ὁριζόμενα. εἰς τοὐναντίον περιτρεπομένου τοῦ λόγου, ὡς ἢ μηδόλως εἶναί τι τὸν Δία τε καὶ τὴν εἱμαρμένην, ἢ μὴ πάντα ὑπ' αὐτῶν ὡρίσθαι τε καὶ τετάχθαι, εἰ καὶ ὅλως εἶναί τι ἀληθείας ἀποδεικνύντες, μήτε ἐκ Διὸς τὴν ἀνάγκην εἶναι ἐνδέχεσθαι,

omnia potius igni ab omnibus tradi, ſtudio in pietatem, ne novum cogamur inire cum ipſo certamen orationis. In unicum vero de fato libellum incidimus, & prout quidem eramus ad id inſtructi, eidem obſtitimus, quam continebat amentiam & impietatem refellentes. Oſtendimus enim, ſi ſe refelli Pletho tulerit moleſte, fatum non eſſe evinci; & nihilominus illum, eodem modo & ſecundum illud nugari, nihilque recte concludens afferre, qui ita aperte cavilletur, ut pro futuris, ea quæ fiunt adducat, indeque futura omnia definita eſſe, velit efficere. Cum tamen hæc inter ſe differant, neque eadem ſit ratio futuri quæ præſentis: Præſertim, cum ne quidem ſi unum ſint, fatum inde neceſſario inducatur, vel omnium rerum oſtendatur eſſe cauſa. Nomen enim εἱμαρμένης originem ducere a paſſione quadam, ipſum vero fatum non habere per ſe naturam, ut inde alicujus rei poſſit cauſa oſtendi. Quin cauſæ notionem nullo ſignificatu ipſi convenire, tum alio, tum patibilium quæ dicuntur qualitatum, vel virtutis, aut efficaciæ, aut ſi quicquam aliud cauſæ ullo modo notionem patiatur. Cum porro neceſſitatem fatumque Pletho aſſociaret atque tribueret Jovi, vanum eſſe oſtendimus nomen atque commentum Jovis, cum peſſimorum, ut perhibent, vitiorum fuerit architectus. Et demonſtravimus, quam male ſibi conſtet fatum, quod conſtituta omnia dicantur a Jove, ſicut fieri per illa ipſa potuerit, ordinata atque definita. Ut adeo contrarium efficiat hæc ratio, & Jupiter fatumque, aut omnino nihil ſint, aut ſi vel maxime concedantur eſſe aliquid, non omnia ſint ab ipſis definita aque ordinata. Inſuper vero demonſtravimus,

Digitized by Google

χεσθαι, μήτ' ἐκ τῆς ἀνάγκης τὸν Δία, μήτε Δία ϗ ἀνάγκην ἐξ ἑτέρου τινὸς, ἢ ἐξ ἀλλήλων· ἐξ ἑκάστου τούτων πάντως ἀδυνάτου τινὸς Πλήθωνι ἑπομένου. τό τε τῶν μὴ ὄντων θεῶν ἀμετάβλητον, ϗ τὸ πολύθεον, ἐπεὶ ϗ τούτων Πλήθων πεποίηται μνήμην, ἐκ τοῦ τελείου ϗ ἀπείρου ϗ ἀγαθοῦ ἐξελέγχοντες ἑνὶ μόνῳ τούτων ἑκάστου προσήκοντος, οὐ πολλοῖς. ϗ τὸ διάφορον παριστῶντες, τοῦ τὰ μέλλοντα γινώσκειν τε ϗ ἀποτελεῖν. ἀπείρου μὲν ἐπὶ θεοῦ τῆς γνώσεως οὔσης, ϗ οὐ κατὰ τὴν ἡμετέραν ἐχούσης· πεπερασμένης δὲ τῆς ποιήσεως, εἴ καί πως ἑκάτερον, ϗ πεπερασμένον, ϗ ἄπειρον. τό τε ἀληθὲς ἀμετάβλητον, ὅ, τί ποτέ ἐστιν ἐπὶ τοῦ ὄντως θεοῦ, προσεπιδιορίζόμενοι, ϗ προσαποδεικνύντες ἔτι, ἀποτρέπειν Πλήθωνα, λιτανεύειν τε τὸ θεῖον, ϗ δῶρα ϗ θυσίας ἀναφέρειν αὐτῷ. προτρεπόμενοι, θύειν τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, ϗ μὴ δεδιέναι, μὴ τὴν εἱμαρμένην ἀναιροῦντες συνανέλωμεν ϗ τὴν πρόνοιαν, ὡς ἐτερατεύετο Πλήθων· ἀλλ' ἀνάπαλιν, μὴ τὴν εἱμαρμένην τιθέντες, ἑαυτοὺς ἀποσχοινίσωμεν τῆς προνοίας. δεδειγμένου διὰ πολλῶν, εἰ πρόνοια εἴη, μηδαμοῦ χώραν εἶναι εἱμαρμένην μηδεμίαν· μηδὲ τοῦ ἀγαθοῦ μηδαμῇ μετεῖναι, εἰ μὴ διὰ τὴν εἱμαρμένην, τῇ Πληθωνικῇ θεοπλασίᾳ, καθ' ἑαυτὴν δὲ οὐδόλως, εἰ μὴ ϗ πᾶν τοὐναντίον. ἐπὶ τούτοις ἅπασι διηροῦμεν, τὸ ὁρίζειν τοῦ προγινώσκειν· Πλήθωνος οὐκ ἀποδιαιροῦντος ἀλλήλων, ἀλλὰ ταὐτὸν εἶναι ταῦτα ἐπὶ τοῦ θεοῦ βουλομένου. ϗ τοῦτο διὰ πολλῶν ἐξελέγχοντες, ϗ προσεπιθεωροῦντες, ὡς ἕκαστα τῶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γινομένων, γίνεταί τε τὰ αὐτὰ, ϗ ποιεῖ κατὰ φύσιν, ἀρχῆς τινος ἐπέχοντα λόγον, κατὰ δεύτερον λόγον. ἄνθρωπος δὲ, ϗ κατὰ φύσιν, ϗ προαίρεσιν ποιεῖ, λόγῳ κατ' ἐξαίρετον

πετι-

mus, neque ex Jove eſſe neceſſitatem poſſe, neque ex neceſſitate Jovem, neque Jovem & neceſſitatem ex alio quodam, aut ex ſe invicem, quoniam ex ſingulis horum ſequatur aliquid, quod omnino fieri non poſſit. Tum commentitiorum Deorum immutabilitatem & multitudinem, ſiquidem horum etiam mentionem facit Pletho, refutavimus, partim ex perfectione, partim ex infinitate partim ex bonitate, quarum ſingulæ, uni tantum conveniunt, non pluribus. Quidque interſit, inter cognitionem futurorum, atque effectionem, poſuimus ob oculos: Cum Dei cognitio infinita ſit, neque eodem quo noſtra ſe habeat modo, effectio vero finita ſit, licet quodammodo & finita & infinita dici poſſit. Deinde, quid vera in vero Deo ſibi velit immutabilitas, expoſuimus, oſtendentes porro, vetare Plethonem, preces adhibere Deo, vel dona eidem & ſacrificia offerre. Hortati vero ſumus omnes, ad ſacrificium laudis Deo offerendum: & minime metuendum eſſe diximus, ne ſublato fato, providentiam tollamus una, ut Pletho nugatus eſt; ſed potius, ne ponendo fatum, nos ipſos a providentia ſejungamus. Multiſque evicimus, ſi providentia ſit, fato nullum eſſe locum, neque illam ex Plethonis Theoplaſtia, bonam ulla ratione eſſe poſſe, niſi per fatum, per ſe vero bonam neutiquam eſſe, niſi omnino malam. Præter hæc omnia, diverſa eſſe docuimus, præſcire & definire, quæ Pletho non diſtinguit, ſed eadem vult eſſe in Deo. Quod multis confutavimus: ſimulque diſputamus qua ratione ſingula a Deo creata fiant, & efficiant alia ſecundum naturam, ita ut principiorum ſecundorum habeant rationem. Hominem vero & ſecundum naturam & propoſitum agere,

Digitized by Google

τετιμημένος, καὶ αὐτεξουσιότητι, καθ' ὃ καὶ προορῶν ἐσθ' ὅτε τῶν μελλόντων ἔνια εἴρηται, ἢ κατ' ἀποκάλυψιν ἐξ ἀρετῆς, ἢ κατὰ παρατήρησιν τῶν οὐρανίων σωμάτων, ὡς σημαντικὰ αὐτὰ ἐλέγομεν γίνεσθαι. πῆ μὲν σὺν τῷ εὖ, τῆς προγνώσεως γινομένης· πῆ δὲ, τούτου χωρὶς, καὶ διὰ τοῦτο πεπλανημένως τε καὶ οὐκ ἀψευδῶς. τὴν δ' ἐκ μαντείας ἐπινοουμένην ἅπασαν πρόγνωσίν τε καὶ πρόρρησιν εἰς δαίμονας ἀπερρίπτομεν, καὶ τὴν ἐκείνων ᾐτιώμεθα κατοχὴν, ἣν οἰκείωσιν ἐθελούσιον, ὡς μήτε πᾶσαν τοιαύτην πρόρρησιν ἀληθεύειν, καὶ φευκτὴν εἶναι πᾶσαν εἰκότως. καὶ μὴν καὶ τὸ διατιθέναι καὶ διατίθεσθαι, τῇ θεοπλασίᾳ Πλήθωνος, ἐμπαθεῖ γε οὕτως εἰσαγομένῃ, προσήκοντα, τῆς τοῦ θεοῦ γνώσεως ἀπεσκευαζόμεθα. τήν τε κοινωνίαν ὁμοίως, τοῦ γινώσκοντος πρὸς τὸ γνωστὸν, καὶ τὸ τῶν μελλόντων ὡρισμένον, τοῦ τῆς θείας γνώσεως ὡρισμένου τε καὶ προεγνωσμένου· πάντα μὲν γινώσκοντος τοῦ θεοῦ, οὐ πάντα δὲ προορίζοντος, μὴ γὰρ καὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν ὁριστικὸν αὐτὸν εἶναι. ἐπὶ πᾶσι, διὰ πλειόνων, τὸ Πληθωνικὸν τεκμήριον μὴ ἀναγκαίως ἔχειν, ἐξελέγχοντες, ἀλλὰ πάνυ διεψευσμένως τε καὶ σοφιστικῶς· ὡς ὅθεν εἱμαρμένην εἰσῆγε, τῷ πειρωμένους διαφυγεῖν τινας, ἃ τῶν ἐσομένων προμεμαθήκασιν, αὐτοῖς οὐδὲν ἧττον περιπεσεῖν. ἐντεῦθεν αὐτόν τε δείκνυσθαι, τῆς τῶν οἰκείων λόγων ἀσθενείας κατεγνωκέναι, τό τε τεκμήριον μὴ ἀναγκαῖον εἶναι, τὸ ζητούμενον ὡς ὁμολογούμενον λαμβάνον, καὶ ψευδῶς ἔχειν, πολλῶν καὶ διαφευγόντων ἑκάστοτε, ἃ τῶν ἐσομένων προμανθάνουσιν. ὅπου τὸ τοῦ λόγου πρῶτον μέρος Πλήθωνί τε καὶ ἡμῖν ἐτελεύ-

τα,

Digitized by Google

quod præ ceteris ſit ratione & libero arbitrio præditus: quorum ope prævidere interdum poſſit nonnulla futurorum, aut per revelationem ex virtute, aut per obſervationem corporum cœleſtium, quemadmodum & hæc ſignificare diximus nonnulla. Ut proinde bona ſit interdum illa præſcientia, aliquando non item, ac propterea falſa & incerta. Quæ vero divinatione elicitur præſcientia aut prædictio, eam quidem omnem in dæmones conjecimus, horumque inſtinctu diximus effectam, aut voluntarie contracta cum iis familiaritate, ut proinde nec ejuſmodi prædictio ſemper vera, merito autem fugienda penitus ſit. Deinde oſtendimus, Deum neqve diſponendo res cognoſcere, nec ut ab iiſdem diſponatur, quod commentitiis potius Plethonis Diis, qui pleni adeo affectionum inducuntur, conveniat. Rejecimus ſimiliter illam ſententiam, quod communio ſit inter cognoſcentem & rem cognitam, aut quod ex definita ratione cognitionis aut præſcientiæ divinæ ſequatur, definita eſſe futura: Cum omnia quidem norit Deus, ſed non omnia præfiniat, nec enim certe ea præfinire ipſum, quæ ſita ſint in nobis. Denique pluribus non neceſſarium eſſe evicimus, ſed plane falſum & ſophiſticum argumentum, quo fatum inducit: quod nimirum nonnulli, quæ ſibi eventura prædidicerant, in eadem, licet id vitare conati ſint, nihilominus inciderint. Apparere potius, ipſum infirmitatis ſuarum rationum fuiſſe convictum: Argumentum vero ipſum minus apte concludere, ſed quod in quæſtione ſit, ſumere pro confeſſo, ac plane falſum eſſe, cum multi ubique, quæ futura prædidicerant, evitent. Et hic quidem finem primæ parti orationis & Plethò & nos impoſuimus.

ται. ἐπεὶ δὲ ὡς ἤδη κυρίων τῶν ἠξιωμένων Πλήθωνι ἔστων, ἢ ἠσεβημένων εἰπεῖν οἰκειότερον, πρὸς ταῦτα δὴ καὶ ἀντετίθει, καὶ τὰ ἀντιτιθέμενα πειρώμενος ἦν ἐπιλύεσθαι, καὶ ἡμεῖς συναντετίθεμέν τε αὐτῷ, καὶ τὰς τῶν ἐπιλύσεων ἐξηλέγχομεν. διὰ πολλῶν ἐρρῶσθαι, καὶ πάνυ, τὰς τῶν ἀντιθέσεων ἀποδεικνύντες. μήτε τὸν ἄνθρωπον τοῖς ἔξω συγχωροῦντες δουλεύειν, δι' αὐτὸν γεγενημένων ἁπάντων, μήτε τῶν ἔξω μηδὲν αὐτοῦ δεσπόζειν, πλὴν θεοῦ τε καὶ ἑαυτοῦ, κατὰ τὸ λογιζόμενον. διατιθεμένου πρὸς τὰ ἔξω, ὡς διατεθείη ἂν ἐπιστήμων πρὸς ἐπιστητὸν, κἀντεῦθεν ἀνατεινομένου, ἢ ὀφείλοντος ἐπὶ τὸν δημιουργὸν ἀνατείνεσθαι τοῦ παντός. καὶ μόνον οὕτως δεσπότην, ὅπου καὶ ὅτου δὴ χάριν ἡ ὁρατὴ πᾶσα κτίσις παρηγμένη ἐστὶν, αἰτιολογοῦντες ἐθεωροῦμεν. τήν τε ἐλευθερίαν καὶ δουλείαν οὐκ ἀπομερίζοντες, τοῖς μὲν θάτερον τοῖς δὲ τὸ λοιπὸν ἀπενέμομεν· ἀλλὰ τοῖς αὐτοῖς πῇ καὶ ἀμφω· οὐδένα δοῦλον ἀποκαλοῦντες, καὶ αὖ οὐδένα ἐλεύθερον, πάντα τε ὁμοίως δοῦλον καὶ πάντα ἐλεύθερον. ἀμφοῖν πῇ, τῆς ἐλευθερίας δηλαδὴ καὶ δουλείας ἐπαληθευομένων ἐπὶ παντός. ὡς καὶ τὸ τῆς κολάσεως καὶ ἐπανορθώσεως, τῶν ἁμαρτανόντων καὶ ἁμαρτανομένων, τὸ εὔλογον οὕτως ἔχειν, ἀλλὰ μὴ εἰς ἀδικίαν ἀποκλίνειν, ὡς ἐτίθετο Πλήθων· οὐ δικαίως κολαζομένων, τῶν ἀκόντων τε καὶ διὰ τὴν ἀνάγκην ἁμαρτανόντων. εἰ καὶ ἡ ἀνάγκη, ἡ δουλεία τε καὶ ἐλευθερία μυρίαις ἀκαταλληλίαις τε καὶ ἀντιφάσεσιν αὐτὸν ἐδείκνυντο περιβάλλουσαι, ἵνα δὴ κἂν λόγοις ἤ τινα ταύτην ἀποτετικὼς οὐ μικρὰν δίκην, τεκμήριον οὖσαν παντὶ λογιζομένῳ ὀρθῶς, τῆς μεταστάντα διαδεχομένης αὐτὸν καταστάσεώς τε καὶ ἀντιδόσεως. οὐκέτι ἐπανορθουμένου οὐδενὸς, οὔθ' ὧν αὐτὸς Πλήθων, οὔθ' ὧν οἱ ἄλ-

ſumus. Quoniam autem Pletho, veluti rata eſſent quæ ſtatuerat, vel impie potius commentus erat, iis etiam opponebat nonnulla, & oppoſita conabatur diſſolvere: nos quoque ſimul illi quædam oppoſuimus, reſponſioneſque ipſius refutavimus. Oſtendentes pluribus, argumenta oppoſita admodum ſalva eſſe: minimeque concedentes, hominem ſervire rebus externis, cum omnes propter ipſum factæ ſint, neque externorum quicquam ipſi imperare, præter Deum, & hominem ipſum, ſecundum rationem. Qui quidem erga res externas ita ſit animo affectus, ut ſciens erga res quæ in ſcientiam cadunt: a quibus ad omnium rerum opificem erigatur, aut erigi debeat. Et argumentando effecimus, ſolum hominem eſſe dominum omnium, cujus gratia univerſus hic adſpectabilis mundus ſit productus. Servitutem vero & libertatem non ita diſtinximus, ut illam his, hanc aliis tribueremus; ſed ut ambo iiſdem; Neminem ſervum vocantes, neminemque liberum, ſed omnes æqualiter & ſervos & liberos, ut adeo utrumque, nimirum & ſervitus & libertas, vere de unoquoque dici poſſit. Qua quidem ratione etiam pœna peccantium, & correctio peccatorum æquæ ſunt, non vero ita injuſtæ, quales Pletho ponit, dum præter jus faſque puniri invitos, & ex neceſſitate delinquentes, arbitratur. Quanquam neceſſitatis & ſervitutis ac libertatis vocabula in infinitas eum conjeciſſe demonſtravimus diſcrepantias & contradictiones; Ut verbis etiam hanc non exiguam penderet pœnam, quæ ſimul argumento ſit, qui illum exſpectet poſt obitum ſtatus, quod ſupplicium: cum non poterunt amplius corrigi, vel Pletho vel alii quicunque, ab iis quæ vel

Digitized by Google

λοι πάντες ἐξημαρτήκασί τε καὶ ἁμαρτάνουσι. μετὰ γὰρ τὴν ἐνθένδε τοῦ βίου ἀπαλλαγὴν, οὐκέτι οὐδεμία οὐδενὶ ἐπανόρθωσις· πάντων ὡς θέμις ταῖς πρεπούσαις ὑποβαλλομένων ποιναῖς, ἀνθ᾽ ὧν ἀσύγγνωστα πλημμελοῦντες οὐκ ἐπεστρέφοντο. ἀπελίξ καὶ ἀμεταμελήτως, αὐτοί τε οὕτω τῆς κακίας ἐχόμενοι, καὶ ἄλλοις αἴτιοι γενόμενοι τοῦ κακύνεσθαι, πονηρίας ὑπόδειγμα τὸν ἑαυτῶν ὑπολείποντες βίον. καθὸ Πλήθων πάντας καὶ τοὺς πώποτε ὑπερέβαλε· βεβιωκὼς μὲν αὐτὸς ἐν ἀβελτηρίᾳ παντοίᾳ, ὑπόκρισιν δ᾽ ἐσχάτην, παρὰ πάντα τὸν αὐτοῦ βίον ἐπιδειξάμενος, καὶ βιβλία τοιαῦτα καταλελοιπὼς, ἃ τό γ᾽ εἰς αὐτὸν ἧκον, πάντας ἔμελλε τῆς μακαριότητος ἀποσχοινίζειν καὶ τἀγαθοῦ. ἵνα μηδ᾽ ἀποθανὼν γοῦν, παύσαιτο τῷ τῶν ἀνθρώπων λυμαίνεσθαι γένει· εἰ μὴ κἀνταῦθα μᾶλλον ἢ πρότερον, παρόσον ζῶν μὲν ἔτι, δειλῶς καὶ ὑποκρινόμενος, τὸ δὴ λεγόμενον, λαθὼν βίον ἔζη, κρυπτόμενος, καὶ μόνοις ἐκείνοις τὸν ἰὸν τῆς κακίας ἐγχέων, ὅσοι ἀμαγέπη αὐτῷ ἐπλησίαζον. καὶ οὓς δολερῶς πως προκατειλημμένοις, ἐθάρρει μὴ προδοθησόμενος εὐσεβέσιν. ἐκρύπτετο οὖν ἔτι ζῶν, μὴ φωραθεὶς ἀσεβῶν, δίκην ἀποτίσῃ, ἣν εἰκὸς ἀποτιννύειν τοὺς ἀπόνοιαν νενοσηκότας, καὶ ἐσχάτην ἀσέβειαν. ἀποθανὼν δὲ, οὐκέτι οὐδ᾽ ὑποκρίνεται, ἀνέδην οὕτω πᾶσι νομοθετῶν, ἃ τοῖς καὶ ὁπηοῦν προσέχειν, ἢ τετολμηκόσιν, ἢ τολμῶσιν, ἢ καὶ τολμήσουσιν, (ὅπερ οὔτ᾽ εἶναι, ἢ ἔσεσθαι οὐδενὶ πείθομαι, ἢ δέδοικα, καὶ ἅμα ἀπεύχομαι,) ὕλη πονηρίας γινόμενα, τὸ ἄσβεστον ἐκεῖνο πῦρ ἐπεγείρει, καὶ ταῖς αἰωνίαις παραπέμπει κολάσεσιν. κολασθησομένους αἰωνίως, ἀνθ᾽ ὧν οὕτως ἀσυγγνώστως τε καὶ ἀμεταμελήτως ἠσεβηκότες, ἢ ἀσεβοῦντες, οὕτω μεγάλην καὶ πολλὴν τὴν ὕλην ἐπεσώρευσαν, ὡς ἔμελλεν εἰς ἀΐδιον ἐξαρκεῖν τῷ σφίσιν ὑπανα-

Digitized by Google

deliquere vel delinquunt. Nam poſt migrationem ex hac vita, nulli porro eſt correctioni locus, omneſque ut par eſt, juſto tradentur ſupplicio, quod in peccatis haud ignoſcendis abſque reſipiſcentia perſtiterint, quodque adeo tenaciter, & abſque ſenſu pœnitentiæ, & ipſi inhæſerint malitiæ, & aliis imporbe agendi auctores fuerint, relicta exemplo malitiæ, ſua vita. Qua in re omnes qui fuere unquam, ſuperavit Pletho, qui quidem vitam tranſegit in ſumma dementia, ſed ſummam ſemper monſtravit ſimulationem. Ejuſmodi vero reliquit libros, qui quantum in ipſo erat, omnes a felicitate ſummoque bono debebant ſejungere: Ut ne mortuus quidem, perniciem humano generi afferre deſineret; vel majorem etiam, quam ante afferret. Quatenus per vitam quidem meticuloſus & ſimulans, leporis, quod dici ſolet, vitam egit, occultatus; & ſolis illis venenum malitiæ infudit, qui ipſo ſunt quodammodo familiariter uſi, & a quibus jam doloſe ſua opinione ablatis, ſeſe non prodendum eſſe piis confidebat. Latuit ergo dum viveret, ne pro impio deprehenſus, pœnas daret, quas pendere æquum eſt eos, qui vecordia laborant & ſumma improbitate. Mortuus vero non ſimulat amplius, ſed impudenter omnibus præcipit, quæ iis qui fidem his quodammodo præbere, vel auſi ſunt, vel audent, vel audebunt, (quod nemini nec evenire nec eventurum eſſe confido, aut veritus, ne eveniat opto.) materies futura ſunt malitiæ, & ignem illum inextinctum excitabunt, æterniſque ipſos tradent ſuppliciis. Ut nimirum in æternum puniantur, quod peccatis haud ignoſcendis abſque reſipiſcentia inhærentes, tam amplam ſibi multamque cumularint materiem, quæ

Digitized by Google

τομένῳ πυρί. ὃ καὶ Πλήθωνι ἑαυτῷ ἐκ πολλῆς ὑπάρξαι παρασκευῆς οὐ προσεσχηκέναι θελήσας, οἷς προσέχων, σωφροσύνης τ' ἂν εἴχετο, ὀρθοῦ τ' ἂν οὐκ ἐξέπιπτε λόγου, καὶ λιμένι σωτηρίας προσωρμίζετ' ἄν, ἑαυτῷ τε πάνυ χρησίμως, καὶ πολλοῖς ἄλλοις τῇ τοῦ λόγου δυνάμει ἐπωφελῶς, τῇ τοῦ ὄντως ἐνηδόμενος καλοῦ θεωρίᾳ, καὶ μετὰ πάντων ἀγαλλόμενος, τῶν οὐκ ἔξω τοῦ καλοῦ πεφιλοσοφηκότων τε καὶ βεβιωκότων. ἀλλ' ἐκείνοις ἐξακολουθήσας, οἳ τὴν τοῦ πυρὸς ἐνέργειαν, ἐπὶ τὰ χείρω ἀπεμέρισαν ἑαυτοῖς· καταφλέγουσαν μὲν ἀκαταπαύστως, φωτίζουσαν δὲ οὐδαμῶς, ἀλλ' ἐν σκότει παντελεῖ συντηροῦσαν, καὶ εἰς ἣν ἀποπεπτώκασιν ἄγνοιαν τοῦ καλοῦ, ταύτῃ ἐναπολαμβάνουσαν. τῆς φωτιστικῆς ἐνεργείας, παραδόξως οὕτω σφίσι διατειχιζομένης, καὶ μόνοις ἀπομεριζομένης ἐκείνοις, οἵτινες ἐκ τοῦ ἐναντίου, σφᾶς αὐτοὺς ἐν τῇ τοῦ ἀγαθοῦ θεωρίᾳ τε καὶ μετουσίᾳ ἐτήρησαν. ὧν ἁπάντων αἴτιον ὡς εἴρηται Πλήθωνι, τὸ ἐκείνοις ἠκολουθηκέναι, ὧν ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος ἔδει καταφρονεῖν. μᾶλλον δὲ ἵν' οὕτω ἀκριβέστερον εἴπω, τὸ ἑαυτῷ ἐξ ἀπονοίας πάντ' ἐπιτρέψαι. μηδένα νομίζοντα οἷόν τε ἂν εἶναι ἄμεινον αὐτοῦ, πραγμάτων πέρι ἐπισκέπτεσθαί τε καὶ κρίνειν, κἀντεῦθεν ἑαυτῷ γενόμενον καὶ νομοθέτην καὶ νόμον. ἐκεῖνο μόνον ἀληθὲς νομίζοντα, οὗπερ ὑπῆρξεν αὐτὸς εὑρετής, ὑπὸ τῆς τῇ φιλαυτίᾳ τε καὶ αὐθαδείᾳ πάνυ στοιχεῖν. καὶ ἃ διανοηθεὶς ἔτυχεν ἐπὶ κακῷ, ἄλλοις ταῦτα νομοθετοῦντα, τῆς μὲν ἀληθινῆς λατρείας, καὶ προσκυνήσεως τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ, ἀφιστῶντα πάντα, σπουδῇ πάσῃ καὶ μηχανῇ, ἐπ' ἐκείνους δὲ μετατιθέντα τὸ σέβας, ὧν αὐτὸς καὶ πλάστης, εἰ οὕτω χρὴ φάναι, καὶ θεοποιὸς ἐχρημάτισεν. οὐ προφητῶν οὐδένα ποιούμενος λόγον, τῶν ἀεὶ ὄντα θεὸν ὑποφαινόντων πη καὶ προκηρυττόντων, ἀνθρώποις ἐπιδημοῦντα χρόνῳ ὕστερον μετὰ σώματος, ὑπερβολῇ ἀγαθότητος. οὐκ ἀποστόλων, ὑπο-

φη-

æterno igni alendo ipſis ſufficiat. Quem ſibi quoque Plctho magna induſtria accendit, dum iis noluit advertere animum, quæ ſi amplexus eſſet, feciſſet prudenter, neque excidiſſet veritate, & in portum ſalutis fuiſſet appulſus; magno ſui ipſius commodo, & multorum aliorum, qui a rationis vim emolumento: Fuiſſet autem veri boni contemplatione delectatus, atque cum iis gavíſus, qui non aliter ac decet, aut vivunt aut philoſophantur. Sed eos ſecutus eſt, qui ſe exitioſa iſtac ignis efficientia dignos reddiderunt, qua quidem comburit perpetuo, ſed nunquam illuſtrat, & in denſis relinquit tenebris, ac in quam inciderunt homines boni ignorationem, in illa detinet: Ut adeo colluſtrandi vis hac ratione ipſis mire intercludatur, iiſque ſolis tribuatur, qui in boni contemplatione ac ſocietate permanſerunt. Et hæc quidem omnia ſibi conſcivit Pletho, dum eos eſt ſecutus, quos debebat vehementer adſpernari, vel ut curatius dicam, dum ſibi omnia præ ſtultitia permiſit, neminemque ſibi perſuaſit poſſe ſe melius res vel expendere, vel dijudicare, ac proinde ſibi ipſi factus eſt & legis lator & lex. Id unice verum putavit, cujus ipſe fuit inventor, quod ſua unice amet, ſuis ſibi placeat. Quæ vero excogitavit ipſe in perniciem, eadem ſancivit aliis: omneſque a vero cultu, verique Dei adoratione avocavit, omni ſtudio atque labore; ad illos autem venerationem tranſtulit, quorum ipſe fictor quaſi conditorque dici meretur. Nullam habuit rationem cujuſquam Prophetarum, qui æternum illum declarant monſtrantque Deum, qui poſterioribus temporibus in corpore verſatus eſt inter homines, ex abundanti bonitate. Non Apoſtolorum,

δεξαμένων ἐπιδημήσαντι, καὶ ἠκολουθηκότων, καὶ καθηγησαμένων ἅπασι τῆς ἐπιγνώσεως αὐτοῦ καὶ ὑποδοχῆς. τῶν μαρτύρων, ὑπὲρ αὐτοῦ σφαγισθέντων ἐθελουσίως, καὶ φωστήρων φανοτάτων δίκην, τοῖς θαύμασι διαλαμψάντων καὶ διαυγασάντων τὸν σύμπαντα, καὶ στῆξιν ἐπὶ τοῦ νοητοῦ στερεώματος ἐσχηκότων, βάσιμόν τε καὶ ἀσάλευτον ἑσαεί. τῶν διδασκάλων, βίου καθαρότητι, καὶ λαμπρότητι λόγου, τὸ ἀπλανῶς καθηγησαμένων, οὐκ μείζονος καὶ λαμπροτέρας, οὐδ' ὅσον ἐξεῖναι παραβαλεῖν, ἢ Πλήθων τῆς παρασκευῆς καὶ συνέσεως. παρ' ὅσον καὶ αὐτὸς ἄλλως, τοὺς ἄκρους τῆς σοφίας ὑπερηγάσατο, οὐχ ἧττον ἢ τῶν ἔξω τοὺς εὐδοκιμηκότας. ἀρετὴ γὰρ ἀνδρὸς καὶ πολεμίῳ αἰδέσιμον. οὔτε δὲ θεοσημεία αὐτὸν, πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐπεσπάσατο, οὔτε θρησκευμάτων σεμνότης, πάντως οὐκ ἄθεος γινομένη, οὐδ' ἡ τῶν ἑκάστοτε τελουμένων εὐταξία, οὔτε τῶν νομοθετούντων τε καὶ νομοθετουμένων τὸ διὰ πάντων ἀνεπίληπτον, ὃ δὴ καὶ μᾶλλον πάντων ἔδει πείθειν αὐτὸν, σοφίαν ἐπαγγελλόμενον, τὸ μηδενὸς ἧττον ἔχειν. εἴπερ ἐβούλετο λογίζεσθαι, ὡς εἰ μὴ θεῖα τὰ κηρυσσόμενα ἦν, καὶ ἀτεχνῶς θεόθεν καὶ γινόμενα καὶ ταττόμενα, οὐκ ἂν ἐν τῇ ἀσθενείᾳ ἐνεδυναμοῦτό τε καὶ ὑπερίσχυε καὶ ἐτελειοῦτο. οὐκ ἂν τὸ τῶν ἁλιέων, καὶ σκηνοποιῶν, καὶ σκυτορράφων ἄσοφον, ὡς οὕτως εἰπεῖν, καὶ ὑπέρσοφον, κατεκράτει τῆς νομιζομένης σοφίας. καὶ τὸ ἐν Χριστῷ μωρὸν, ὑπέρτερον ἐδείκνυτο πανταχοῦ, τοῦ ἐν τῷ κόσμῳ κατ' ἀνθρώπους σοφοῦ. οὐκ ἂν ἐλάλει Παῦλος, καὶ κατεσιγάζετο Πλάτων, καὶ οἱ Πλάτωνος ὀπαδοὶ πρὸς τὴν μαθητείαν μετετίθεντο Παύλου.

Digitized by Google

rum, qui viventem in terra exceperunt & ſecuti ſunt, omnibuſque agnoſcendi & recipiendi illum auctores fuere. Non Martyrum, qui ſponte pro ipſo oppetiere mortem, & lucidiſſimorum inſtar ſiderum, miraculis totum complexi ſunt & illuſtrarunt orbem, fixamque habent & immotam in cœlo intelligibili ſedem in perpetuum. Non diſcipulorum, qui vitæ puritate, & ſplendore orationis, rectam monſtrarunt viam, ex auguſtiore atque clariore inſtitutione & intelligentia, quam quidem, ſi liceat uti comparatione, Pletho. Qui ipſe ceteroquin etiam, hos viros propter ſapientiam non minus admiratus eſt, quam gentilium excellentiſſimos. Nam virtus etiam in hoſte laudatur. Quare nec divina revelatio Plethonem permovit ad veritatem, neque cæremoniarum ſanctitas, omnino non ſine Deo orta, nec rerum ubique geſtarum concinnitas, quodque neque Doctores ipſi, nec quæ tradiderunt, potuerint unquam reprehendi; vel quod maxime omnium debebat eum convincere, qui ſapientiam jactitat, quod nulli unquam ſuccubuerint. Si voluiſſet reputare, quod niſi Chriſtianorum omnia divina eſſent, & vere divinitus profecta atque mandata, non in tanta infirmitate robur cepiſſent, aut prævaluiſſent, & perviciſſent: Neque piſcatores & tabernaculorum opifices, aut qui pellibus in hunc uſum conſuendis dabant operam, imperitia ſua, ſit venia verbo, vel inuſitata ſapientia, ſuperaſſent eam quæ nomen habet ſpeciemque ſapientiæ: & ſtultitia in Chriſto oſtenſa eſſet quovis modo ſuperior eſſe mundanæ inter homines ſapientiæ. Non loquente Paulo ad ſilentium redactus fuiſſet Plato, & Platonis ſectatores tranſiiſſent in diſciplinam Pauli,

damna-

τῆς Πλατωνικῆς φλυαρίας ἐκ πολλοῦ καταγνόντες ἐκ περιόντος· ὡς καὶ αὐτοὺς ἄλλοις τὰ Παύλου κηρύττειν, Παῦλον μιμουμένους, καὶ πάντα πᾶσι κατ' ἐκεῖνον γινομένους, ἵνα δὴ πάντας, ἢ τούς γε πλείους κερδάναντες, ὡς ὁ Παῦλος, παραστήσωσι τῷ Χριστῷ. οὐκ ἂν ἐφθέγγετο τελώνης εὐαγγελιζόμενος, καὶ πᾶσα ἡ ἑλληνικὴ σοφία, μωρία δὲ μᾶλλον εἰπεῖν οἰκειότερον, ὑπεξίστατο καὶ ὑπανεχώρει· οὐκ ἂν ὁ σκηνοποιὸς ἐγίνετο κρείττων, τῶν ἓν τοῦτο διὰ βίου προεστησαμένων, συμμεμετρηκέναι τῷ βίῳ, τῶν περὶ τὴν ἑλληνικὴν ἅπασαν ματαιότητα πιθανολογίαν. οὐκ ἂν ἰδιῶται τυράννων ἐκράτουν, ἀγράμματοι ῥητόρων καὶ φιλοσόφων, ἐνδόξων ἄδοξοι, εὐκαταφρόνητοι ὧν λόγος ἄλλως πολύς· οὐκ ἂν μυριοπλασίους μὲν ὁσημέραι ποικίλως ἐθανατοῦντο, πολλῷ δὲ πλείους ἦσαν οἱ προστιθέμενοι τῷ εὐαγγελίῳ, ὡς νικᾶν τῶν ἀποσφαττομένων τὸν ἀριθμὸν, τὸν τῷ κηρύγματι προστιθεμένων, οὐδ' ὅσον ἔξεστι περιλαβεῖν λογισμῷ. ὡς οἷς διενοοῦντο, οἱ κατὰ καιροὺς γῆς καὶ θαλάσσης κρατοῦντες, ἢ καὶ ἄλλως ἑκασταχοῦ δυναστεύοντες, κατασιγάζειν τὸ κήρυγμα ἰδιωτῶν, οὐδὲν ἧττον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον, τούτοις ἡττᾶσθαι. καὶ εὐαγγελικὸν λόγον εἰς τὰ γῆς παρατείνεσθαι πέρατα· ἑνὸς ἀποσφαττομένου, ἢ κατὰ κρημνῶν ὠθουμένου, ἢ θαλαττίῳ παραπεμπομένου βυθῷ, ἢ ἄλλον γέ τινα τρόπον ὑπεξαγομένου τοῦ ζῆν· μυρίως γὰρ δὴ κατὰ τῶν Χριστοῦ ζηλωτῶν τὰ κολαστήρια, καὶ ποικίλοι οἱ θάνατοι καὶ μυρίων ἐγειρομένων αὐτῷ τούτῳ, τῷ ὑπὲρ Χριστοῦ τινα ἢ κρημνίζεσθαι, ἢ ἀποσφάττεσθαι, ἢ θαλάττῃ καταβαπτίζεσθαι, ἢ ἄλλον γέ τινα τρόπον ὑπεξάγεσθαι τῆς ζωῆς, πρὸς ἀμείνω τε καὶ μακαριωτέραν, καὶ ἀεὶ διαμένουσαν μεταχωροῦντι ζωήν.

Digitized by Google

damnatis admodum Platonicis magis: Ita quidem, ut ipſi etiam Pauli doctrinam docerent alios, Paulum imitati, & cum ipſo omnibus facti omnia; quo ejus quoque ad exemplum, omnes vel certe plurimos lucrati, Chriſto ſiſterent. Non Publicanus nunciaſſet evangelium, & omnis ſapientia Græcanica, vel ut rectius dicam ſtultitia, ſenſim ceſſiſſet & ſeſe ſubduxiſſet. Non opifex tabernaculorum victoriam ab iis retuliſſet, qui id unum ætatem præ ſe ferebant, ut omnem vitam in univerſis Græcorum ineptiis apte perſuadendis conſumerent. Non homines plebeji triumphaſſent de Principibus, non illiterati de Rhetoribus & Philoſophis, non de celebribus inglorii, non contemti de iis qui ceteroquin erant quantivis pretii. Non plures quotidie fuiſſent vario ſupplicio ſublati, & longe plures tamen acceſſiſſent evangelio, ut vix mente comprehendi poſſit, quantum multitudo eorum qui ſuſceperant præconium, occiſorum ſuperaverit numerum. Ut proinde, quibus artibus ſuccedanei terræ mariſque Domini, aut Dynaſtæ ſingularum Provinciarum, ſilentium cogitabant imponere præconio hominum plebejorum, iis omnibus nihilominus, vel tanto magis etiam diſceſſerint inferiores, ſermoque evangelii ad terræ uſque fines extenſus ſit, dum alius jugulabatur, alius dabatur præceps, aut in mare dejiciebatur, aut alio modo privabatur vita. Infinita enim adverſus Chriſti ſectatores erant pœnarum genera, varia ſupplicia mortis: Multis interim eo ipſo excitatis, quod alios viderent pro Chriſto præcipites dari, jugulari alios, alios aquis ſubmergi, aut alio mortis genere multari, ad meliorem & feliciorem atque perennem vitam tranſituros. Quod

Digitized by Google

ζωήν. ὃ καὶ παράδοξον, καὶ λόγον φύσεως ὑπερβαῖνον. τὸ γὰρ τιμώμενον ἅπαν, καὶ ἐπιδίδωσιν, ὡς τὰ πολλά, ὃ δὲ ἀτιμάζεται, τοῦτο καταφρονεῖταί τε, καὶ ὅτι τάχιστά γε ἄνθους ἀποῤῥεῖ δίκην ἐαρινοῦ, καὶ ἐκ μέσου γίνεται παντελῶς. ἐνταῦθα δὲ τὸ κηρυττόμενον οὐκ ἠτιμάζετο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπηλαύνετο. καὶ οὐκ ἀπηλαύνετο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκολάζετο καὶ οὐχ ἑνὶ κολάσεων εἴδει, ἀλλὰ ποικίλοις τε καὶ χαλεπωτάτοις. καὶ οὐχ ἁπλῶς οὕτως, οὐδ' ὡς ἔτυχεν, ἀλλ' εἰς θάνατον ἡ κόλασις ἐτελεύτα· οὐδὲ τῶν τυχόντων κολαζόντων, καὶ ὧν λόγος ἄλλως ὀλίγος, ἀλλὰ βασιλέων, καὶ τυράννων, καὶ δυναστῶν, καὶ τῶν ὁπωσοῦν ἀρχόντων ἑκασταχῆ. καὶ μᾶλλον ἐπεδίδου τὸ κήρυγμα, ἢ πάντα ὅσα τις ἂν εἴποι ἐν κόσμῳ κατ' ἀνθρώπους τιμώμενα. καὶ τοσούτῳ πλείους ἐζήλουν τε αὐτό, καὶ ἠσπάζοντο, καὶ ἐσέβοντο, ὅσῳ πλείους αἱ ἀτιμίαι κατὰ τῶν προσιεμένων ἐπενοοῦντο, καὶ κολαστηρίων εἴδη ἐμηχανᾶτο καθεκάστην βαρύτερα. καὶ ταῦτα ὑπὲρ τίνος; ὑπὲρ εὐκαταφρονήτου νομιζομένου ἀνθρώπου, θάνατον οἴκτιστον ἀποθανόντος καὶ ἐπονείδιστον, ὡς κακούργου ἐσταυρωμένου, τάφῳ ὡς νεκροῦ ἐντεθέντος. τὰ γὰρ σεμνὰ καὶ ὑπέρσεμνα σιωπῶ, καὶ τὰ τῆς φύσεως ὑπερβαίνοντα λόγον, ἅπερ οὐ τῆς ἀνθρωπότητος, ἀλλὰ τῆς αὐτοῦ θεότητος ἐτύγχανεν ἔργα καὶ θαύματα· οὐ τὰ πρὸ τοῦ σταυροῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ κατὰ τὸν σταυρὸν αὐτὸν καὶ τὸν θάνατον, καὶ τὴν τριήμερον ἐκείνην ταφήν, καὶ τὴν ἐκ τῆς ταφῆς ἔγερσιν. ὑπὲρ τοιούτου τοίνυν νομιζομένου, ἔπασχον ταῦτα, καὶ ὁ ἀριθμὸς τῶν τῷ κηρύγματι προστιθεμένων, εἰς ἄπειρον ἐπεκτεινόμενος ἦν, καὶ τὰ πέρατα διαλαμβάνων τῆς γῆς. οὐκ ἂν οὕτω γινομένου τούτου, εἰ μὴ θεῖόν τι

καὶ

Digitized by Google

& paradoxon eſt, & naturæ rationem ſupergreditur. Nam quæ habentur in honore, incrementa capiunt ut plurimum, ſed quæ vexantur contumelioſe, illa & habentur contemtim, & celeriter tanquam floſculi decidunt, & penitus tolluntur e medio. Hic autem præconium evangelii non vexabatur ſolum, ſed & propellebatur, & non propellebatur tantum, ſed & puniebatur, nec uno ſupplicii genere, ſed variis & truculentiſſimis, neque ſimpliciter aut quomodocunque, ſed pœna in necem deſinente, neque ab hominibus plebejis & nullius pretii, ſed Regibus & Principibus & Dynaſtis, & quocunque tandem nomine unuſquiſque tenebat ubique imperium. Magis vero creſcebat præconium, quam quæcuncque humanarum rerum habentur in honore apud homines, tantoque plures id ſectabantur & accipiebant, & venerabantur, quo plures contumeliæ excogitabantur adverſus ſectatores, quoque graviora quotidie exquirebantur genera ſuppliciorum. Et pro quo quidem hæc omnia? Pro eo, qui contemtus eſſe credebatur homo, qui miſerrima & ignominioſiſſima morte perierat, qui cruci erat ſuffixus ut maleficius, & in ſepulcro ut mortuus conditus. Auguſtiora enim & myſtica taceo, quæ naturæ rationem ſuperant, quæque non humanæ ejus ſed divinæ opera fuerunt naturæ & miracula: non ea ſolum, quæ ante crucem, ſed & quæ in cruce ipſa atque morte acta ſunt, tum tridui illam ſepulturam, & ſurrectionem e ſepulcro. Pro illo igitur qui talis habebatur, hæc omnia ſuſcipiebant: & numerus eorum qui accedebant præconio, creſcebat in infinitum, ipſoſque terræ complectebatur fines. Quæ ſane non ita con-

Digitized by Google

καὶ ὑπερφυὲς τὸ γινόμενον ἦν, πάσης κοσμικῆς καὶ ἀνθρωπίνης ἐπινοίας καὶ μηχανῆς ἀνωτέραν· τὴν ἄρτι γινομένην εἰς τὸ ἐπισημότερον καὶ τῶν μὲν ἐλαυνομένων ὑπερίσχυσιν, καὶ κατακράτησιν, οὐδ᾽ ὅσον εἰπεῖν ἔξεστιν, τῶν τιμωμένων τὸ ποικίλως ἀτιμαζόμενον, καίτοι εἰ τὸ κατὰ χριστιανοὺς ἀτιμαζόμενόν τε καὶ κολαζόμενον, τῶν τιμωμένων ὑπερείσχυσε πάντων· ἐν τῷ τιμᾶσθαι μὲν ἐκεῖνα, αὐτὸ δὲ ἀτιμάζεσθαι· ὡς ἐκ μέσου γενέσθαι παντελῶς, ἃ δὴ τίμια ἐνομίζετο, καὶ εἰς τοῦτο καταλῆξαι χρόνοις ὕστερον, ἢ ὅσα ὑπεξιστάμενα, μᾶλλον δὲ ἀθρόον οὕτω καὶ ἄρδην ἀφανιζόμενα ὡς μηδὲ ὄνομα γοῦν αὐτῶν ὑπολελεῖφθαι σχεδόν. εἰ τὰ κατὰ χριστιανῶν γινόμενα, ἐπὶ τοὺς ἐκεῖνα τιμῶντας, μὴ καινῇ τινί τις μετατίθεσι, τοῦ ἂν ἐπὶ βραχύ γε τινα γοῦν χρόνον ἰσχὺν ἔσχεν ἰδοὺ καὶ τοιοῦτον παντὸς ἐκτὸς ἐν μέσῳ γεγένηται, οὐδενὶ ἄλλῳ, ἢ τῷ παθήματι καὶ τοῖς κινδύνοις, τῶν ὁσημέραι διωκομένων καὶ ἀποθνησκόντων ὑπὲρ Χριστοῦ· ἀλλ᾽ ὄντως ἡ τοῦ Χριστοῦ δύναμις ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται, ἐν τῷ ἀτιμάζεσθαί τε, τῶν τιμωμένων πάντων ὑπερείσχυσε, καὶ ἐν τῷ διώκεσθαι, παντὸς τοῦ κόσμου ὑπερκοσμίως κατακρατεῖ, καὶ τῶν ἐλαυνόντων τοὺς ἐλαυνομένους ἀνωτέρους τηρεῖ, δεσμίους τε καταδεῖ τοὺς δεσμοῦντας, μάστιγαις τε τοὺς μαστίζοντας ὑποχειρίους ποιεῖ, καὶ δουλαγωγεῖ τοῖς δούλοις τοὺς γῆς ἄρχοντας καὶ θαλάσσης. ἃ πῶς ἂν ὅλως ἐγίνετο ταῦτα, εἰ μὴ θεία τις ἀοράτως δύναμις ἦν, ἡ δι᾽ αὐτῶν καὶ ἐν αὐτοῖς ἐνεργοῦσα, καὶ πάντα αὐτῶν ἡττᾶσθαί τε καὶ εἴκειν παρασκευάζουσα. καίτοι τὰς γινομένας ἑκάστοτε παραδοξοποιΐας, θείας ἐνεργείας οὔσας ἀποτελέσματα, οὐκ ἀνθρωπίνης δυνάμεως ἐπινοίας καὶ μη-

rigiſſent, niſi divina & ſupernaturali ratione eſſent facta, omnique mundana humanaque mente & fabrica vere ſuperiora fuiſſent. Ita quidem, ut quæ ſupprimebantur, viribus antecellerent non ſuppreſſa, & quod variis vexabatur injuriis, plus quam dici poſſit, prævaluerit iis quæ habebantur in honore. Enimvero, ſi ignominia pœnæque adverſus Chriſtianorum doctrinam, impedire non potuerunt, quin de omnibus triumpharet, quæ habebantur in honore, etiam tum, cum hæc habebantur in pretio, illa in dedecore; ut prorſus ſublata ſint quæ putabantur honorifica, & in ignominiam poſtremis temporibus deſierint, ubi ſenſim exſpiraverant, quin potius ita confeſtim & funditus deleta erant, ut vix nomen eorum ſupereſſet. Si quis contrario, quæ in Chriſtianos patrata ſunt, adverſus eos, qui gentilium ſuſpiciebant placita, artificio quodam adhibuiſſet, quid brevi de ipſis factum eſſet, cum abſque his omnibus e medio ſublata ſint, alia re nulla quam tormentis & periculis eorum, qui quotidie perſecutionem & mortem adibant pro Chriſto. Sed vere vis Chriſti in infirmis robur capit, & dum contemtim habetur, omnibus iis quæ honorantur, evadit ſuperior, & dum perſecutione premitur, mundum univerſum cœleſti potentia vincit, & vexatos vexantibus reddit potiores, vincula imponit vincientibus, flagris ſubjicit flagellantes, mariſque & terræ dominos mittit ſub jugum ſervorum. Quæ quomodo hac ratione potuiſſent omnino contingere, niſi divina quædam eſſet & occulta vis, quæ per eos & in iis ageret, efficeretque ut omnia ipſis ſuccumberent cederentque? Nam quæ ubique mira evenerunt, divinæ omnino potentiæ effectus, non

μηχανήματα, δι᾽ ὧν τὸ κατ᾽ αὐτοὺς τοῦ κηρύγματος ὑπερφυὲς διεδείκνυτο· ταύτας τοίνυν ἁπάσας παρίημι λέγειν, πάντα λόγον νικώσας. ὅπου γὰρ τὸ ἀσθενὲς καὶ ἀτιμαζόμενον τοσαύτην ἔχειν ἰσχὺν διαδείκνυται, ὡς τῶν ἰσχυρῶν καὶ τιμωμένων πάντων ὑπερτερεῖν, τίς λοιπὸν χρεία τὰ ὑψηλότερα λέγειν, καὶ ἅπερ οὐκ ἀνθρωπίνης, ἀλλ᾽ ἀτεχνῶς ὑπερφυοῦς καὶ θείας ὄντως ἔργα δυνάμεως; ἀλλ᾽ εἰ μή τι ἄλλο, τὸ γοῦν τὰ τοιαῦτα τῇδε διαλογίσασθαι, παντὶ καὶ ὁτῳοῦν ῥᾴδιον ὄν, καὶ μηδεμιᾶς περινοίας δεόμενον, πρὸς τὴν ἀλήθειαν οὐκ ἐπήγαγε τὸν Πλήθωνα· ματαιωθέντα τοῖς ἰδίοις λογισμοῖς, καὶ ἀποστάντα μὲν τοῦ πεποιηκότος αὐτόν· τοὺς δὲ μὴ ὄντας ἑαυτῷ θεοὺς ἐπιστήσαντα, καὶ αὐτοῖς τὸ τοῦ δημιουργοῦ σέβας ἀπονενεμηκότα τε καὶ πάντα περιτρεπόμενον ἀπονέμειν, καὶ εἱμαρμένην αὐτοῖς συνεισάγοντα, εἰς τὴν τοῦ παντὸς διαγωγὴν, καὶ συντήρησιν· εἰ μὴ ἐξ ἀϊδίου καὶ αὐτὸς φρονεῖ τὸν κόσμον εἶναι, ὅπερ ἐξελέγχειν οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ.

ΤΕΛΟΣ.

Digitized by Google

humanarum virium inventa & opera, per quæ præconii iſtius demonſtrata eſt divinitas, illa jam taceo omnia, quod oratione ſatis depingi non poſſint. Ubi enim infirmum, & contemtum tantum habuiſſe robur eſt oſtenſum, ut potentia omnia, & honorata ſuperarit, quid attinet porro de altioribus dicere, quæ non humanarum, ſed vere divinarum & ſupernaturalium opera ſunt virium? Hæc igitur omnia; & alia forte, quæ reputari facile poſſunt ab unoquoque, nec ulla ſollertia indigent, Plethonem tamen ad veritatem non perduxerunt: Qui vanus factus eſt ſua ratiocinatione, & deſerto Creatore ſuo, Deos ſibi qui non ſunt, præfecit, iiſque tribuit majeſtatem opificis mundi, omnium denique rerum iis curam & adminiſtrationem commiſit: Cum iis vero fatum ſimul introduxit, ad univerſi hujus productionem & conſervationem: Niſi mundum putat ab æterno eſſe, cujus quidem refutationem ab hoc tempore arbitror eſſe alienam.

FINIS.

Digitized by Google

ERRATA.

P. 5. *ſuorum omnium* l. *ſui omnia*. p. 6. ὅτως l. οὕτως. p. 10. ἀτὸς l. αὐτὸς. p. 12. λόγον l. λόγου. p. 14 διαιρέσεως l. διαιρέσεως. p. 18. ἐπαθίζων l. εἰσαθρῶν. p. 19. lin. 29. poſt verba *ſu̲orum ſit*, inſere: *ut quod de uno ſit diſſenſum, idem etiam in alterum conveniat*. p. 20. lin. 11. poſt ταῦτα inſere καὶ τὰ τοιαῦτα. p. 32. καὶ. l. εἰ. p. 44. ποιεῖν l. ποιεῖν. p. 51. *& efficitur*, l. *efficit*, *ut*. p. 66. οὐδὲν l. οὐδέν. p. 77. *efficientiem* l. *efficientiam*. p. 91. lin. 19. poſt *quam ſint*, inſere: *noruht enim res non aliter quam diſponendo illas*. p. 97. lin. 11. poſt *Quorum* inſere: *alterum deſinitum, perfectio nimirum & bonitas*. p. 131. *proſtratum* l. *proſtratus*. p. 163. ἐλεύθερος l. ἐλευθέρως. Nota p. 107. lin. 17. σκηνοποιῶν reddidi ad verbum, *coriariorum*. Intelliges autem *tabernaculorum opificem* Paulum, qui etiam ab Auctore noſtro p. 222. dicitur σκηνοποιὸς & σκυτοῤῥάφος, & a Theodoreto & Chryſoſtomo ſæpius σκυτοτόμος. conf. Suicerum p. 982. Theſauri, & Schurzfleiſchium in Diſſ. de Paulo σκηνοποιῷ ad Act. XVIII. 3. Eſt autem σκυτοτόμος qui coria incidit; ut Simo Socraticus dicitur a Laertio II. 122. Dictus ita eſt Paulus, quod tentoria e coriis conficeret.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

354.

Digitized by Google

Digitized by Google